ε'. Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου περὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα τί φησὶν; Ἄ *ὀφθαλμῶς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*· τὸν δὲ παράδεισον καὶ ὀφθαλμῶς εἶδε τοῦ Ἀδάμ, καὶ οὐς ἤκουσε, καὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου ἐδέξατο· περὶ γὰρ αὐτοῦ τοσαύτας ἡμέρας διαλεγόμεθα· πῶς οὖν ἀπέλαβε τὰ ἀγαθὰ ὁ ληστής; Οὐ γὰρ εἰς παράδεισον ἐπαγγέλλεται εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς ὁ Θεός, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν· οὐδὲ βασιλείαν παραδείσου, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν ἐκήρυξεν. Ἦρξατο γὰρ, φησὶ, *κηρύττειν καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ, οὐχ ἡ βασιλεία τοῦ παραδείσου, ἀλλ' ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Ἀπώλεσας μὲν γὰρ παράδεισον, ἔδωκε δέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν, ἵνα καὶ τὴν οἰκίαν φιλανθρωπίας ἐπιδείξηται, καὶ τὸν διάβολον δάκη, δεικνύς ὅτι καὶν μυρία τῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύσῃ γένει, οὐδὲν ἔσται πλεόν αὐτῷ, τοῦ Θεοῦ πρὸς μείζονα ἀειτιμήν ἡμᾶς ἀνάγοντος. Ἀπώλεσας τοίνυν παράδεισον, καὶ ἀνέψξέ σοι ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν· κατεδικάσθης πόνῳ προσκαίρω, καὶ ἐτιμήθης ζωῇ αἰωνίῳ. Ἐκέλευσε τῇ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνενεγκεῖν, καὶ ἐβλάστησέ σοι καρπὸν Πνεύματος ἢ ψυχῆς. Ὅρας πῶς μείζων ἢ εὐπορία τῆς ζημίας; πῶς πλείων ὁ πλοῦτος; Οἷόν τι λέγω· ἐπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. Οὐκ ἐγένετο χρήσιμος ὁ πλασθεὶς, ἀλλὰ διστράφη. Οὐκέτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος αὐτὸν ἀναπλάττει, ἀλλ' ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος· καὶ οὐκ ἐτι παράδεισον ἐπαγγέλλεται πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ βασιλείαν οὐρανῶν. Καὶ ὅπως, ἄκουε. Νικοδήμου γὰρ τοῦ ἄρχοντος τῶν Ἰουδαίων καταπεσόντος, καὶ τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἐπιζητοῦντος καὶ λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἀνωθεν, ὅρα πῶς ὁ Χριστὸς σαφέστερον αὐτῷ ἀποκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον. *Εἴτε μὴ τις γεννηθῆ ἔξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ*

versum, et ante apostolos : ne quis posteriorum se ingredi posse desperet, neque spem omnem suæ salutis abiciat, cum innumeris scitentem malis se in regio versari palatio videat. Sed consideremus, num labores et recte facta et fructus exhibuerit latro. Ne hoc quidem dici potest, sed nudo verbo prolato, sola fide exhibita in paradysum ante apostolos insiliit, ut intelligas non ejus probitatem tantum valuisse, verum Domini benignitatem totum negotium peregissee. Quid enim latro dixit? quid fecit? num jejunavit? num fleuit? num se afflixit? num longo tempore pœnitentiam exhibuit? Nequaquam : sed in ipsa cruce post sententiam salutem obtinuit. Vide celeritatem : a cruce in cælum, a supplicio in salutem. Quæ porro sunt illa verba? quam tandem vim habent, ut hoc in tanta consequeretur bona? *Memento mei*, inquit, *in regno tuo* (Luc. 23. 42). Quid hoc rei est? Petiit bona dari, non operibus ipsis studium ul'um adhibuit : verum is cui cor ejus notum erat, non attendit ad verba, sed ad mentis affectum. Nam illi quidem qui prophetarum fuerant documentis instructi, qui signa viderant, qui miracula fuerant contemplati, de Christo dicebant : *Dæmonium habet, et, Seducit turbam* (Matth. 11. 18) : latro vero, qui prophetas non audierat, qui prodigia non viderat, qui in cruce suffixum viderat, non attendit ad ignominiam, non respexit ad infamiam, sed divinitatem ipsam considerans, *Memento*, inquit, *mei in regno tuo*. Hoc sane novum et inusitatum. Crucem vides, et regni meministi? Quid dignum regno vidisti? Hominem crucifixum, alapis cæsum, illum, accusatum, sputis conspersum, flagellatum : hæccine sunt, quæso, digna regno? Vides eum oculis fidei respexisse, non ea quæ apparebant expendisse? Propterea neque Deus nuda verba expendebat, sed ut ille in divinitatem, sic Deus in cor latronis respiciebat, et ait : *Hodie mecum eris in paradiso* (Luc. 23. 43).

Objectionem refellit Manichæorum. — Hoc loco attendite : siquidem quæstio non vulgaris exoritur. Nam Manichæi, canes muti et rabidi, speciem quidem præ se ferunt modestiæ, intus vero gravem canum insaniam fovent, et ovis pelle lupum occultant. At tu ne quod apparet aspicias, verum intus latentem belluam pervestiga. Isti ergo locum hunc arripientes aiunt : Dixit Christus, *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* : igitur jam facta est bonorum retributio et superflua erit resurrectio. Si enim illo die latro bona recepit, corpus autem ejus nondum ad hunc usque diem resurrexit, non erit deinceps corporum resurrectio. Numquid intellexistis quod diximus, an vero iterum illud dici necesse est? *Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Ingressus est igitur, inquit, in paradysum latro non cum corpore : quo enim pacto, cum sepultum non esset corpus ejus, neque dissolutum, et in cineres redactum? neque dictum usquam fuit resuscitatum illum a Christo fuisse. Quod si latronem introduxit, et absque corpore bonis politus est, manifestum est corporis resurrectionem non esse. Nam si corporis esset resurrectio,

non dixisset : *Hodie mecum eris in paradiso*, sed, In tempore consummationis, quando resurrectio corporum erit. Quod si jam latronem introduxit, corpus autem ejus foris corruptum remansit, plane liquet corporum resurrectionem non esse. Atque hæc quidem illi : jam vero quæ a nobis proficiscuntur accipite; imo vero non quæ a nobis, sed quæ a sacra Scriptura sunt : neque enim quæ nostra sunt dicimus, sed quæ Spiritus sancti. Quid ais? non venit in communionem coronarum caro? Sed in communionem quidem laborum venit, præmiis vero privatur? et quando certandum quidem fuit, majorem partem sudorum sustinuit; quando vero coronarum tempus adfuit, anima sola coronatur? Non audis Paulum dicentem? *Stare nos oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum* (Rom. 14. 10. 2; Cor. 5. 10). Non audis ipsum rursus dicentem : *Oportet mortale hoc induere immortalitatem, et corruptibile hoc induere incorruptionem* (1. Cor. 15. 53)? *Mortale?* quodnam? animam an corpus? Haud dubium, quin corpus : siquidem anima natura sua est immortalis; corpus autem natura mortale est. At enim multa ex istis illi resecant : atamen ex illis ipsis quæ restant, cognitionem eorum quæ resecta sunt deprehendemus. Ingressus est latro in paradysum, inquit. Quid tum postea? num enim hæc illa sunt bona, quæ nobis Deus pollicetur?

5. Non audis quid de bonis illis Paulus dicat? *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt* (1. Cor. 2. 9) : atqui paradysum et oculus vidit Adami, et auris audivit, et cor hominis excepit : multis enim jam diebus de illo verba facimus : quomodo igitur bona latro recepit? Non enim se in paradysum nos introducturum promittit Deus, sed in ipsum cælum : neque regnum paradisi, sed regnum cælorum prædicavit. *Cæpit enim, inquit, prædicare, et dicere, Pœnitentiam agite* (Matth. 4. 17) : *appropinquavit enim, non regnum paradisi, sed, regnum cælorum*. Nam tu quidem paradysum amisisti, Deus autem cælum tibi dedit, ut suæ tibi specimen ederet benignitatis, ac diabolo dolorem inureret, et ostenderet, tametsi innumeras ille in genus humanum insidias molitur, nihil tamen hoc illi profuturum, cum Deus semper majorem ad honorem nos evehat. Amisisti ergo paradysum, et cælum tibi Deus reseravit : temporario labore damnatus es, et vita æterna decoratus. Præcepit terræ ut spinas proferret ac tribulos, et fructum tibi Spiritus anima genuinavit (Gen. 3. 18). Vides ut majores sint pœnis facultates, ut ampliores sint divitiæ? Exempli causa : formavit Deus hominem e terra et aqua, ipsumque posuit in paradiso. Non evasit bonæ frugis, qui formatus fuerat, sed depravatus est : non jam e terra et aqua ipsum refingit, sed ex aqua et Spiritu : non jam illi paradysum, sed regnum cælorum pollicetur. Et quo pacto id fiat, audi. Cum enim princeps Judæorum Nicodemus lapsus esset, et hujus vitæ natalia inquireret, diceretque, licri non posse, ut senex denovo nasceretur, vide quo pacto Christus illi clarius modum

delegat natalium. *Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum cælorum (Joan. 3. 4. 5).* Si igitur regnum cælorum promisit, in paradysum autem latronem introduxit, nondum illi bona retribuit.

Quid nomine paradysi sit intelligendum. — Verum aliud præterea quiddam obijciunt. Paradysum, inquit, hoc loco, non paradysum dixit, sed paradysi nomine regnum cælorum designavit. Nam quia latronem alloquebatur, hominem qui sublimibus dogmatibus imbutus non fuerat, neque de prophetia quidquam noverat, sed omne tempus in desertis locis transegerat, cædesque patrarat, neque ad concionem unquam in transitu declinarat, neque sacræ lectionis particeps fuerat, neque quid tandem esset regnum cælorum noverat, hoc dicebat: *Hodie mecum eris in paradiso (Luc. 23. 43);* notiori et usitatiore nomine paradysi regnum cælorum significat, et de illo Christus ad ipsum verba facit. Admitto. Unde igitur constat ipsum in regnum cælorum ingressum esse? Ex eo quod dixerit, *Hodie mecum eris in paradiso.* Quod si violentior hæc solutio videatur, dilucidiorē adjungemus. Quænam illa porro est? Christus dixit, *Qui non credit in Filium, jam judicatus est (Joan. 3. 18).* Quid igitur? jamne judicatus est? At qui nondum est resurrectio, nondum supplicium et pænæ: quomodo ergo jam judicatus est? Propter peccatum. Et rursus: *Qui credit in Filium, inquit, transivit de morte ad vitam (Joan. 3. 24).* Neque dixit, *Transibit,* sed, *jam Transivit,* et hic rursus propter bonum opus, et ille rursus propter peccatum. Ut igitur unus judicatus est, cum nondum fuerit judicatus, alter quoque transivit ad vitam, cum nondum transierit, et tam ad unum ob bonum opus, quam ad alterum ob peccatum, quasi jam res acciderint, cum nondum acciderint, verba facit: sic et ad latronem dicebat. Nam et medici postquam aliquem desperatum vident, cum periisse jam et mortuum esse dicunt, tametsi spirantem adhuc intuentur. Sed ut ille, quoniam nulla superest spes ejus salutis, apud medicos jam mortuus est: sic etiam latro, quoniam periculum omne reversionis ad perditionem jam evaserat, in cælum intravit. Sic etiam audivit Adam: *Quo die autem ederitis ex eo, morte moriemini (Gen. 2. 17).* Quid igitur? an illo ipso die mortuus est? Nequaquam, sed post illum diem nongentos vixit et plures annos. Cur igitur dixit Deus, *Illa ipsa die moriemini?* Sententia, non experientia. Sic etiam latro in cælum ingressus est. Audi sane, quid dicat Paulus, ut neminem adhuc bonorum retributionem accepisse declaret: nam cum de prophetis ac justis dissereret, adjecit: *Juxta fidem defuncti sunt isti omnes, cum repromissiones non accepissent, sed a longe eas aspexissent, et salutassent, Deo melius aliquid pro nobis providente, ut non sine nobis consummarentur (Hebr. 11. 43. 40).* Hæc notate, ac memoria tenete, eosque qui non audierunt, docete; atque hæc in ecclesia, in foro ac domi unusquisque meditetur. Nihil enim sacra lectione jucundius. Audi, quæso, quid de illa dicat propheta: *Quam dulcia saucibus meis eloquia tua, super mel et favum*

ori meo (Psal. 118. 103). Hunc itaque favum in vespertina mensa appone, ut totam illam spirituali repleas voluptate. Non videtis homines opulentos, quomodo post epulas citharædos ac tibicines introducant? Illi suas ardes theatrum efficiunt; tu tuas aedes cælum effice: id vero efficies, non parietes immutans, aut transferens fundamenta, sed si ad tuam mensam Dominum ipsum cælorum voces. Non erubescit ejusmodi convivia Deus. Ubi namque spiritualis doctrina, ibi et temperantia, et modestia, et lenitas: ubi vir et uxor ac liberi, concordia et amicitia et virtutis vinculis fuerint colligati, illic versatur in medio Christus. Non enim aureum laqueare querit, nec columnarum fulgorem, neque marmoris pulchritudinem, sed animæ decorem ac mentis formam, et mensam justitia refertam, et elemosynæ fructibus abundantem. Quod si mensam ejusmodi viderit, confestim ejusmodi conventus sit particeps, et in eum se infert. Ipse enim est, qui dixit: *Esurientem me vidistis, et abistis (Matth. 25. 53).* Cum igitur inferius magna voce clamantem audiveris pauperem, deinde quidpiam eorum quæ apposita sunt de mensa egeno dederis, Dominum ad mensam vocasti per servum, et illam totam Dei benedictionibus replevisti, oblatisque primitiis maximam occasionem tua promptuaria plurimis complendi bonis præbuiti. Deus autem pacis et caritatis, qui dat panem ad manducandum, et semen seminanti, vestram sementem multiplicet, et augeat incrementa frugum justitiæ in omnibus vobis, suam dans gratiam, vosque regno cælorum dignetur (2. Cor. 9. 10): cujus nos participes fieri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo gloria Patri, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO VIII.

In diem nimbosum, et in conventum episcoporum, et de mandato quod traditum est Adamo, magnæque providentiæ fuisse quod legem accepit.

1. Nubium quidem concursus diem nobis reddidit tristiores: adventus autem doctoris (a) hilariorem illum effecit. Non enim na sol, cum de medio cælorum fastigio radios emittit, corpora illustrat, ut ex medio suo throno facies paternæ caritatis emittens radios, animas nostras illuminat. Quod cum ipse quoque probe nosset, non nobis solus advenit, sed et luminarium cœtu comitatus appulit, ut lux nobis copiosior affulgeret. Quo fit ut nobis letetur ecclesia et exsultent greges, nosque majori cum alacritate sermonem instituamus. Ubi enim pastorum concursus est, illic et ovium est securitas. Ita nautæ latantur, cum plures illis adsunt gubernatores: dum enim maris tranquillitas et aeris est serenitas, gubernaculorum subsidio laborem illis remigationis levant, et dum mare procellis agitur, arte ac multitudine operarum prælium undarum sedant. Ideo nos etiam confidenter docendi causa sermonem aggredimur, et ipsorum precibus emeta committimus. Ut autem

(a) de Flaviano loquitur.

δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν
 Εἰ τοίνυν βασιλείαν οὐρανῶν ἐπηγγείλατο, εἰς πα-
 ράδεισον δὲ εἰσήγαγε τὸν ληστὴν, οὐδέπω ἀπέδωκεν
 αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ.

Ἄλλ' ἕτερόν τι πρὸς ταῦτο λέγουσι. Τὸν παράδει-
 σον, φασίν, ἐνταῦθα, οὐ τὸν παράδεισον εἶπεν, ἀλλὰ
 τῷ τοῦ παραδείσου ὀνόματι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρα-
 νῶν ὠνόμασεν. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς ληστὴν διελέγετο,
 ἄνθρωπον οὐδὲν ἀκηκόετα τῶν ὑψηλῶν δογμάτων,
 οὐδὲ εἰδότες περὶ προφητείας, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον
 ἐν ἐρημίαις διατρίψαντα, καὶ φόνους ἐργασάμενον, καὶ
 μηδὲ παρακύψαντά ποτε εἰς ἐκκλησίαν, μήτε μετα-
 σχόντα θείας ἀκροάσεως, μὴ εἰδότες τί ποτέ ἐστι βασι-
 λεία τῶν οὐρανῶν, τοῦτο ἔλεγε· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ
 ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*· τῷ γινωριμωτέρῳ καὶ συνηθε-
 στέρῳ [682] ὀνόματι τοῦ παραδείσου τὴν βασιλείαν
 τῶν οὐρανῶν δηλοῖ, καὶ περὶ ἐκείνης αὐτῷ διαλέγεται
 ὁ Χριστός. Δέχομαι. Οὐκοῦν, φησίν, εἰσήλθε εἰς τὴν
 βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πόθεν δῆλον; Ἐξ ὧν εἶπε,
Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. Εἰ δὲ
 βραχύτερα ἢ λύσις αὕτη, τὴν σαφεστέραν ἐπάξομεν.
 Τί οὖν ἐστὶν αὕτη; Εἶπεν ὁ Χριστός, *Ὁ μὴ πι-
 στεύων εἰς τὸν Υἱόν, ἤδη κέκριται*. Τί οὖν; ἤδη
 κέκριται; Καίτοι οὐπω ἀνάστασις, οὐπω κόλασις καὶ
 τιμωρία· πῶς οὖν ἤδη κέκριται; Ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας.
 Καὶ πάλιν, *Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱόν, φησὶ, μεταθέ-
 θηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν*. Καὶ οὐκ εἶπε,
 μεταθήσεται, ἀλλ', ἤδη μεταθέθηκε· καὶ οὕτως
 πάλιν ἀπὸ τοῦ κατορθώματος, κάκεινος πάλιν ἀπὸ τοῦ
 ἀμαρτήματος. Ὡς περὶ οὖν ἐκεῖνος κέκριται, μηδέπω
 κρινόμενος, κάκεινος μεταθέθηκεν εἰς τὴν ζωὴν, μη-
 δέπω μεταβάς, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ κατορ-
 θώματος, καὶ πρὸς τοῦτον ἀπὸ τοῦ ἀμαρτήματος,
 ὡς γεγενημένων δὴ πραγμάτων οὐπω γεγενημένων
 διαλέγεται· οὕτω καὶ πρὸς τὸν ληστὴν ἔλεγε. Καὶ
 γὰρ οἱ ἱατροὶ, ἐπαιδὴν ἴδωσι τινα ἀπεγνωσμένον, λέ-
 γουσιν, ὅτι ἤδη τέθνηκε καὶ νεκρός ἐστι, καίτοι γε
 ἐτι ἐμπνέοντα βλέποντες. Ἄλλ' ὡς περὶ ἐκεῖνος, ἐπειδὴ
 ἐλπίδα σωτηρίας οὐκ ἔχει, τέθνηκε παρὰ τοῖς ἱατροῖς·
 οὕτω καὶ ὁ ληστὴς, ἐπειδὴ προσδοκίαν οὐκέτι εἶχεν
 ὑποστροφῆς εἰς ἀπώλειαν, εἰσελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανόν.
 Οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ἤκουσεν, *Ἡ δ' αἰνήμερα φάγητε
 ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*. Τί οὖν, αὐτῇ
 τῇ ἡμέρᾳ ἀπέθανεν; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἔζησεν ἔτη ἑνεα-
 κόσια καὶ ἐπέκεινα μετὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Πῶς οὖν
 ἔλεγεν ὁ Θεός, ὅτι *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀποθανεῖσθε*;
 τῇ ἀποφάσει, οὐ τῇ πείρᾳ. Οὕτω καὶ ὁ ληστὴς
 εἰσήλθεν εἰς τὸν οὐρανόν. Ἀκουσον γοῦν τί φησὶν ὁ
 Παῦλος, δηλῶν ὅτι οὐδεὶς οὐδέπω τῶν ἀγαθῶν ἀπέ-
 λαθε τὴν ἀντίδοσιν· περὶ γὰρ τῶν προφητῶν καὶ τῶν
 δικαίων διαλεγόμενος ἐπήγαγε· *Καταπίστιν ἀπέ-
 θανον οὗτοι πάντες μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελ-
 λίας, ἀλλὰ πορρωθεν εἰδότες αὐτὰς καὶ ἀσπασά-
 μενοι, τοῦ Θεοῦ κρεῖσσόν τι περὶ ἡμῶν προέλε-
 ψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελεωθῶσι*. Ταῦτα
 κατέχετε, καὶ μέμνησθε, καὶ τοὺς οὐκ ἀκηκόετας
 διδάσχετε· ταῦτα καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ
 ἐν οἰκίᾳ μελετάτω ἕκαστος. Οὐδὲν γὰρ ἡδύτερον
 ἀκροάσεως θείας. Ἀκουσον γοῦν τί φησὶ περὶ ταύ-

της ὁ Προφήτης· *Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ
 λόγια σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου*.
 Τοῦτο τοίνυν παρατίθει τὸ κηρίον ἐπὶ τῆς τραπέζης
 τῆς ἐσπερινῆς, ὥστε πᾶσαν αὐτὴν ἡδονῆς πληρῶσαι
 πνευματικῆς. Οὐκ ὁρᾶτε τοὺς εὐπόρους τῶν ἀνθρώ-
 πων, πῶς μετὰ τὰ σιτία καθαριδοὺς καὶ αὐλητὰς
 ἐπεισάγουσι; Θέατρον ἐκεῖνοι ποιοῦσι τὴν ἑαυτῶν
 οἰκίαν σὺ ποίησον τὴν οἰκίαν τὴν σὴν οὐρανόν· ποιή-
 σεις δὲ, οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀμείβων, οὐδὲ μεταλλάτ-
 των τὰ θεμέλια, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν οὐρανῶν Δεσπό-
 τῃ ἐπὶ τὴν τράπεζαν καλῶν τὴν σὴν. Οὐκ ἐπαισχύ-
 νεται τὰ τοιαῦτα δεῖπνα ὁ Θεός. Ἐνθα γὰρ διδασκαλία
 πνευματικῆ, ἐκεῖ καὶ σωφροσύνη, καὶ σεμνότης, καὶ
 ἐπιείκεια· ἐνθα ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ παιδία, [685] καὶ
 ὁμόνοια καὶ φιλία, καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς συνδεδεμένοι
 δεσμοῖς, ἐκεῖ μέσος ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ χρυσοῦν
 ἕροπον ζητεῖ, οὐδὲ ἀστραπᾶς κιώνων, οὐδὲ κάλλη μαρ-
 μάρων, ἀλλὰ ψυχῆς ὥραν, καὶ διανοίας εὐμορφίαν,
 καὶ τράπεζαν δικαιοσύνης γέμουσαν καὶ ἐλεημοσύνης
 καρποὺς ἔχουσαν. Κἂν ἴδῃ τοιαύτην τράπεζαν, ταχέως
 κοινωνεῖ τοῦ συλλόγου, καὶ παραγίνεται. Καὶ γὰρ
 αὐτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· *Πεινῶντά με εἶδετε, καὶ
 ἐθρέψατε*. Ὅταν οὖν ἀκούσης πένητος κάτωθεν με-
 γάλα βοῶντος, εἶτα ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν προκει-
 μένων δῶς τι τῷ δεομένῳ, τὸν Δεσπότην ἐνάλεσας
 διὰ τοῦ δούλου πρὸς τὴν τρίπεζαν τὴν σὴν, πᾶσαν αὐ-
 τὴν εὐλογιῶν ἐνέπλησας, καὶ διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἀφορ-
 μὴν μεγίστην τοῦ πληθύνεσθαί σοι τὰ ταμεία ἀγαθῶν
 πολλῶν παρεσκεύασας. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ
 διδοὺς ἄρτον εἰς βρῶτιν, καὶ σπέρμα τῷ σπείροντι,
 πληθύνου τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσῃε τὰ γεννή-
 ματα τῆς δικαιοσύνης ἐν πᾶσιν ὑμῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ
 χάριν διδοὺς, καὶ κατοξιώσῃε τῆς βασιλείας τῶν οὐ-
 ρανῶν ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι
 καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
 δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύμα-
 τι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Π'

*Εἰς τὴν ἡμέραν χειμέριον οὔσαν, καὶ εἰς τὴν σὺν-
 οδον τῶν ἐπισκόπων, καὶ εἰς τὴν δόσιν τῆς ἐν-
 τελῆς πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὅτι πολλῆς κηδεμο-
 νίας τὸν νόμον λυθεῖν.*

α'. Ἡ μὲν τῶν νεφῶν συνδρομὴ τὴν ἡμέραν ἡμῖν κα-
 τηφεστέραν ἐποίησεν· ἡ δὲ παρουσία τοῦ διδασκάλου
 φαιδρότεραν αὐτὴν εἰργάσατο. Οὐ γὰρ οὕτως ἥλιος
 ἐκ μέσης τῶν οὐρανῶν τῆς κορυφῆς τὰς ἀκτῖνας
 ἀφίει, καταλάμπει τὰ σώματα, ὡς ὄψις πατρικῆς
 φιλοστοργίας ἀκτῖνας ἀφιεῖσα ἐκ μέσου τοῦ θρόνου,
 καταυγάζει τὰς ἡμετέρας ψυχάς. Ὅπερ οὖν καὶ αὐ-
 τὸς συνιδὼν, οὐχὶ μόνος ἡμῖν παραγέγονεν, ἀλλὰ καὶ
 φωστῆρων χορὴν ἔχων ἦλθε μεθ' ἑαυτοῦ, ὥστε πλέον
 γενέσθαι τὸ φῶς. Διὸ καὶ ἡ ἐκκλησία ἡμῖν ἀγάλλε-
 ται, καὶ σκιρτᾷ τὰ ποιμένα, καὶ ἡμεῖς μετὰ πλείονος
 προθυμίας τῶν λόγων ἀπτόμεθα. Ὅπου γὰρ συνδρο-
 μὴ ποιμένων, ἐκεῖ καὶ προβάτων ἀσφάλεια. Οὕτω
 καὶ ναῦται χαίρουσι, κυβερνητῶν αὐτοῖς παρόντων
 πολλῶν· καὶ γὰρ γαλήνης οὔσης καὶ νηνεμίας, τὸν
 τῆς κωπηλασίας πόνον αὐτοῖς ἐπικουφίζουσι διὰ τῶν
 οἰάκων· καὶ τῆς θαλάσσης στασιαζούσης, τῇ τέγνῃ
 καὶ τῇ πολυχειρίᾳ τὴν τῶν ὑδάτων καταστέλλουσι
 μάχην. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς θαρρόμεντες, τὸν λόγον

εις διδασκαλίαν προτεινόμεν, ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν τὸ πᾶν ἐπιβρόνσαντες. Ὡστε δὲ εὐμαθεστέραν καὶ σαφεστέραν ὑμῖν γενέσθαι τὴν ἀκρόασιν, καὶ τῶν χυδῶν ὑμῖν εἰρημένων ἀναμνήσωμεν ἐν βραχεῖ. Εἶπον ὅτι πρὸ τῆς τοῦ ξύλου βρώσεως ἦδει τὸ καλὸν καὶ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι οὐ μετὰ τὴν γεῦσιν ταύτην ἔλαθε [684] τὴν γνῶσιν. Εἶπον τίνος ἕνεκεν ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ ἐλέγετο, καὶ πῶς ἔθος τῇ Γραφῇ, ἐπειδὴν τι πρᾶγμα συμβῆ περὶ τόπον ἢ καιρὸν, ἀπὸ τοῦ πράγματος ὀνομάζειν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸν καιρὸν. Σήμερον ἀναγκαῖον αὐτὴν ἀναγνῶναι τὴν ἐντολὴν, δι' ἧς ἐκώλυσε τοῦ ξύλου τὴν βρώσιν. Τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; *Καὶ ἐνετείλατο Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ, λέγων· Ἀπὸ παντός ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγη. Θεῖος ὁ νόμος, ἀλλὰ προσέχωμεν. Εἰ γὰρ βασιλικὰ ἀναγινώσκοντες γράμματα ἄνθρωποι, ὀλέκληρον ἀνιστῶσι θέατρον· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ Θεοῦ νόμους ἀναγινώσκοντες μέλλοντας διανίστασθαι χρὴ τῇ διανοίᾳ, καὶ προσέχειν τοῖς λεγομένοις.*

Οἶδα ὅτι κατηγοροῦσιν τινες τοῦ νομοθέτου, καὶ τὸν νόμον αἴτιον εἶναι φασὶ τοῦ παραπτώματος. Πρὸς τοῦτο οὖν ἀνάγκη στήναι πρότερον, καὶ δεῖξαι διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι οὐχὶ μισῶν τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲ ὑβρίζον βουλόμενος τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ἀλλὰ φιλῶν καὶ κηδόμενος, τὸν νόμον ἔδωκεν. Ὅτι γὰρ εἰς συμμαχίαν ἡμῖν αὐτὸν ἔδωκεν, ἄκουσον τί φησὶν Ἡσαΐας· *Νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν. Ὁ δὲ μισῶν, οὐ βοηθεῖ. Πάλιν ὁ Προφήτης βοᾷ· Λύχνος τοῖς ποσὶ μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. Ὁ δὲ μισῶν, οὐ λύει τὸ σκότος διὰ τοῦ λύχνου, οὐδὲ ὁδηγεῖ μετὰ φωτὸς τὸν πεπλανημένον. Πάλιν ὁ Σολομῶν· Λύχνος ἐντολὴ νόμου, καὶ φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ ἐλεγχος καὶ παιδεία. Ἴδου οὐχὶ βοήθεια μόνον, οὐδὲ λύχνος μόνον, ἀλλὰ καὶ φῶς καὶ ζωὴ ταῦτα δὲ οὐκ ἐστὶ μισοῦντος, οὐδὲ ἀπολέσαι βουλομένου, ἀλλὰ χεῖρα ὀρέγοντος καὶ διανιστῶντος. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος πρὸς τὸν Ἰουδαῖον ἀποτεινόμενος, καὶ δεικνύς ὅσον εἰσῆνεγκε κέρδος ὁ νόμος, καὶ ὅτι ἀνάγκη, οὐ βάρησις τῆς φύσεως ἡμῶν ἐστίν, ἔλεγεν· *Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ. Ὅρα ὅτι οὐχὶ βαρῶν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλ' ἀναπαύειν, τὸν νόμον ἔδωκεν ὁ Θεός; Βούλει μαθεῖν ὅτι καὶ τιμῶν; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἱκανὰ δεῖξαι τὴν τιμὴν καὶ τὴν κηδεμονίαν, πλήν καὶ ἀφ' ἑτέρων μαρτυριῶν αὐτὸ τοῦτο ποιήσομαι φανερόν. Ἐπαίρει, φησὶν, Ἱερουσαλήμ, τὸν Κύριον· αἰνεῖ τὸν Θεόν σου, Σιών· ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου, ἐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοὶ· ὁ τιθεὶς τὰ ὄριά σου εἰρήνην, καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Εἶτα εἰπὼν καὶ τὴν διὰ τῆς ἄλλης κτίσεως εὐεργεσίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγημένην, ἐπήγαγε τὴν ἐξαίρετον καὶ μείζονα, οὕτως λέγων· *Ὁ ἀποστέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ, δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτοῦ τῷ Ἰσραήλ. Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Ὅρα πόσα κατέλεξεν ἀγαθὰ. Ἀσφάλειαν πόλεως. Ἐνίσχυσε γὰρ, φησὶ, τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου· ἀπαλλαγὴν πολέμων· Ὁ τιθεὶς γὰρ, φησὶ, τὰ ὄριά σου εἰρήνην·***

ἀφθονίαν τῶν ἀναγκαίων· *Καὶ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε. Ἄλλ' ὁμοῦ πάντων τούτων τὴν τοῦ νόμου δόσιν τιμιωτέραν ἀπέφηνεν. Ὅτι γὰρ καὶ ἀσφαλείας, καὶ [385] εἰρήνης, καὶ ἀπαλλαγῆς πολέμων, καὶ εὐπαιδίας, καὶ πολυπαιδίας, καὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἀφθονίας πολλῷ μείζον δῶρόν ἐστι τὸ νόμον λαβεῖν, καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ Θεοῦ μαθεῖν, πάντων ὑπερῶν αὐτὸ θεὸς ὡς κεφάλαιον καὶ σύνδεσμον τῶν ἀγαθῶν, ἐπήγαγε λέγων· *Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Οὕτω, πῶς; Καὶ μὴν καὶ ἀφθονίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀπηριθμημένων πολλοὶ πολλάκις ἀπέλαυσαν, Ἄλλ' οὐ περὶ τῶν προειρημένων λέγω, φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ νόμου, ὅτι *Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει. Καὶ διὰ τοῦτο ἐπήγαγε· *Καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Ὅρα πῶς τῶν ἀπηριθμημένων πάντων ἀγαθῶν μείζον ὁ νόμος.****

β'. Τοῦτο καὶ Ἱερεμίας ἐνέφηνεν· τοὺς γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντας Βρηγῶν, ἔλεγε, *Τί ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ; Τὴν πηγὴν τῆς σοφίας ἐγκατέλιπες, τὸν νόμον λέγων. Καθάπερ ἡ πηγὴ πολλοὺς πανταχόθεν ἀφίησι ῥύακας, οὕτω καὶ ὁ νόμος πολλὰς πανταχόθεν ἀφίησι τὰς ἐντολάς, ἄρδων ἡμῶν τὴν ψυχὴν. Εἶτα δηλῶν τὸ ἐξαίρετον τῆς τιμῆς τῆς διὰ τοῦ νόμου γενομένης, ἔλεγεν· *Οὐκ ἠκούσθη ἐν Χαναάν αὕτη ἡ σοφία, οὐδὲ ὤφθη ἐν Θαιμῶν, οὐδὲ υἱοὶ Ἄγαρ, οἱ ἔμποροι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ ἔγνωσαν τὰς ὁδοὺς αὐτῆς, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τῶν τρίβων αὐτῆς. Καὶ δεικνύς ὅτι πνευματικὴ τίς ἐστὶ καὶ θεία, *Τίς ἀνέβη, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ κατεβίβασεν αὐτήν; Εἶτα ἐπήγαγεν· *Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτήν Ἰακώβ τῷ παιδί αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν· *Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς. Τοῦτο γοῦν καὶ Παῦλος αἰνιττόμενος ἔγραψε· *Τί οὖν τὸ περισσόν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ἀφέλεια τῆς περιτομῆς; Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Ὅρα πῶς καὶ οὗτος ἠρμήνευσε τὸ, *Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς; Εἰ γὰρ τὸ περισσόν τοῦ Ἰουδαίου τοῦτό ἐστιν, ὅτι αὐτοὶ μόνον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐτιμήθησαν τῇ δόσει τοῦ γραπτοῦ νόμου, οὐκ ἄρα βαρῶν ἡμῶν τὴν φύσιν, ἀλλὰ τιμῶν, τὸν νόμον ἔδωκεν ὁ Θεός. Καὶ οὐ τούτῳ μόνον ἐτίμησε, τῷ δοῦναι τὸν νόμον, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' ἐαυτοῦ δοῦναι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον εἶδος τιμῆς, τὸ μὴ μόνον παρασχεῖν. Ὅτι γὰρ μέγα τοῦτό ἐστι τὸ δῶρον, ἄκουσον καὶ τοῦ Παύλου τοῦτο ἐνδεικνυμένου. Ὅρων γὰρ τοὺς Ἰουδαίους πεφυσιωμένους ἐν τῷ τοῦς προφήτας πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν, καὶ καταστέλλων αὐτῶν τὸ φρόνημα, δεικνύς ὅτι μείζονος ἡμεῖς ἀπηλαύσαμεν τῆς τιμῆς, οὐ διὰ δούλου, ἀλλὰ διὰ Δεσπότου τῆς διδασκαλίας τυχόντες, οὕτως πῶς φησὶ πρὸς Ἑβραίους γράφων· *Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Ἰῶ. Καὶ πάλιν ἀλλαχού· *Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κενχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν καταλλαγὴν [686-687] ἐλάδομεν. Ὅρα αὐτὸν οὐκ ἐπὶ τῇ κα-*********

facilius ac dilucidius quæ audietis percipere possitis, eorum quæ vobis hesterno die dicta sunt memoriam paucis refricabimus. Dixi hominem, antequam de ligno comederet, bonum ac malum novisse, neque postquam gustasset, hanc illum scientiam adeptum esse. Dixi, quare lignum scientiæ boni et mali diceretur, et quo pacto soleat Scriptura, postquam circa tempus aliquod locumve res quæpiam evenerit, ab illa re ductum loco vel tempori nomen tribuere : operæ pretium hodie fuerit ipsum mandatum recitare, cujus interventu arboris illius est esus prohibitus. Quodnam igitur illud est? *Et præcepit Dominus Deus Adam dicens : Ex omni ligno quod est in paradiso esca comedes (Gen. 2. 16)*. Divina lex est, verum attendamus. Si enim homines dum regias legunt literas, universum spectatorum cœtum jubent consurgere : multo magis nos qui non hominum, sed Dei leges lecturi sumus, animos oportet erigere, atque iis quæ dicuntur attendere.

An lex sit causa peccati. — Scio nonnullos Legislatorem accusare, ac legem causam lapsus esse dicere. Adversus hoc igitur primum certandum est, ac rebus ipsis ostendendum, non quod hominem odio haberet, aut naturam nostram ignominia notare vellet, sed quod amaret ejusque curam gereret, legem dedisse. Ut enim discas in subsidium nobis eam datam esse, audi quid dicat Isaias : *Legem enim in auxilium dedit (Isai. 8. 20)*. At qui odio prosequitur, non fert auxilium. Rursus vociferatur propheta : *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis (Psal. 118. 105)*. At qui odio prosequitur, tenebras lucerna non discutit, nec errantem cum luce deducit. Salomon rursus : *Lucerna mandatum legis, et lux, et vita, et correptio, et disciplina (Prov. 6. 23)*. Ecce non auxilium solum, nec lucerna solum, sed et lux est et vita : hæc porro non sunt odio prosequenti, neque perdere volentis, sed manum porrigentis et erigentis. Ideo Paulus quoque dum in Judæum invehitur, et quantam lex invexerit utilitatem, ostendit, eamque non gravare naturam nostram, sed reficere, dicebat : *Ecce tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege (Rom. 2. 17)*. Vides non ut naturam nostram gravaret, sed ut eam recrearet, Deum legem dedisse? Visne discere, id etiam illum egisse, ut honorem deferret? Nam poterant et ista satis ostendere et honorem delatum, et curam impensam : sed hoc ipsum aliis adhibitis testimoniis demonstrabo. *Lauda, inquit, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion: quoniam confirmavit vectes portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te: qui ponit fines suos pacem, et adipe frumenti satiat te (Psal. 147. 12 - 14)*. Deinde postquam alia dixit beneficia per alias creaturas collata, subiunxit præcipuum et cæteris majus, his verbis utens : *Qui annuntiat verbum suum Jacob, justificationes et judicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis (Ibid. v. 19. 20)*. Vide quam multa enumerarit bona. Urbis securitatem : *Confirmavit enim, inquit, vectes portarum tuarum; bellorum depulsionem: Qui ponit enim, inquit,*

fines tuos pacem: ubertatem annonæ: Et adipe frumenti satiat te. Attamen his omnibus pretiosiora legis donationem esse declaravit. Nam quoniam et securitate et pace, et depulsione bellorum, et liberorum fecunditate ac multitudine, atque annonæ ubertate multo majus est donum legem accepisse, ac Dei justificationes didicisse, cum illud omnium postremum tanquam caput et congeriem bonorum collocasset, adjecit dicens : *Non fecit taliter omni nationi. Taliter, quo pacto? Atqui annonæ ubertate, atque aliis, quæ sunt enumerata, multi sapius potiti sunt: veruntamen de illis quæ dicta sunt non loquor, inquit, sed de lege, quod omni nationi sic non fecerit. Propterea subiunxit: Et judicia sua non manifestavit eis. Vides omnium bonorum quæ sunt enumerata maximum esse legem.*

2. Hoc etiam Jeremias indicavit: dum enim eos qui in captivitate versabantur lugeret, dicebat : *Quid, quod in terra inimicorum es? Dereliquisti fontem scientiæ (Baruch. 3. 10. 12): legem ita vocans. Ut enim fons multos undique rivos emittit, sic etiam lex multa undique mandata profundit, quibus animam nostram irrigat. Deinde præcipuum decus honoris, qui nobis a lege defertur, ostendens aiebat: Non est audita in Chanaan hæc sapientia, neque visa est in Thæman, neque filii Agar mercatores, et exquisitores viam ejus noverunt, neque semitarum ejus sunt recordati (Ibid. v. 22. 25)*. Atque ut spiritalem ac divinam esse demonstraret, *Quis ascendit, inquit, in cælum, et deduxit illam (Ibid. v. 29)? Tum adjunxit: Hic est Deus noster, non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo (Ibid. v. 36. 37)*. Propterea dicebat etiam David : *Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis (Psal. 147. 20)*. Hoc nimirum et Paulus innuens scribebat : *Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis (Rom. 3. 1)? Multum per omnem modum. Primum quidem quoniam credita sunt illis eloquia Dei. Vides quo pacto hic etiam exposuerit illud, Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis? Si enim hoc illud est amplius Judæo quod illi soli ex aliis hominibus legis scriptæ donatione sunt honorati, non igitur ut naturam nostram gravaret, sed ut honore afficeret, dedit legem Deus. Neque hoc tantum honore affecit, quod legem dedit, sed etiam quod per seipsum dedit: hoc enim genus honoris est maximum quod non solum bona præbuerit, sed per seipsum præbuerit. Hoc quippe magnum esse donum, audi quomodo Paulus ostendat. Cum enim inflatos esse Judæos cerneret, quod ad eos prophetæ venissent, ut eorum arrogantiam coerceret, nosque majori esse affectos honore demonstraret, qui non servi, sed Domini opera delatam doctrinam accepimus, his verbis utitur ad Hebræos scribens: *Multifarium multisque modis olim Deus loquens patribus nostris, novissimis diebus istis loquutus est nobis in Filio (Hebr. 1. 1. 2)*. Et rursus alibi: *Non solum autem, sed et gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem et reconciliationem accepimus (Rom.**

5. 11). Vides eum non ob reconciliationem tantum gloriari, sed etiam quod per Christum reconciliationem acceperit? Et rursus cum resurrectionem magnifice celebraret, ait: *Ipse Dominus descendet de caelo (1. Thess. 4. 15)*. Vide illic quoque per Dominum totum perfici: et hic non per aliquem famulum, non per angelum et archangelum, sed ipse per se ipsum Adam praecepit, duplici hominem honore afficiens, et quod legem dederit, et quod dederit per se ipsum. Quomodo igitur lapsus est ille? Ob ignaviam suam: idque ostendunt quotquot legem acceperunt, nec lapsi sunt, sed et plura quam imperata fuerant, praestiterunt. Sed quoniam hoc tempus video nos in angustum redigere, in alteram dissertationem sermonem rejiciemus: vos vero quae dicta sunt conservate, ac memoria tenete, illosque qui non audierunt, docete, atque haec in ecclesia, in foro, ac domi unusquisque meditetur (a). Nihil enim sacra lectione jucundius. Audi sane quid de illa dicat propheta: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel et favum ori meo (Psal. 118. 103)*. Hunc itaque favum in vespertina mensa appone, ut totam illam spirituali repleas voluptate. Non videtis homines opulentos, quomodo post epulas citharados ac tibicines introducant? Illi suas aedes theatrum efficiunt, tu tuas aedes caelum effice: id vero efficies, non parietes immutans, aut

(a) Quaedam ex sequentibus ad verbum homilia praecedenti leguntur.

transferens fundamenta, sed si ad tuam mensam Dominum ipsum caelorum voces. Non erubescit ejusmodi convivium Deus. Ubi namque spiritualis doctrina, ibi et temperantia, et modestia, et lenitas; ubi vir et uxor ac liberi, concordia et amicitia et virtutis vinculis fuerint colligati, illic versatur in medio Christus. Non enim aureum laqueare quaerit, nec columnarum fulgorem, neque marmoris pulchritudinem: sed animae decorem ac mentis formam, et mensam justitia refertam, et eleemosynae fructibus abundantem. Quod si mensam ejusmodi viderit, confestim ejusmodi conventus sit particeps, et in eum se infert. Ipse enim est, qui dixit, *Esurentem me vidistis et aluistis (Matth. 25. 35)*. Cum igitur inferius magna voce clamantem audiveris pauperem, deinde quidpiam eorum quae apposita sunt de mensa egeno dederis, Dominum ad mensam vocasti per servum, et illam totam Dei benedictionibus replevisti, oblatisque primitiis maximam occasionem tua promptuaria plurimis complendi bonis praebuisti. Deus autem pacis et caritatis, qui dat panem ad manducandum (2. Cor. 9. 10), et semen seminanti, vestram sementem multiplicet, et augeat incrementa frugum justitiae in omnibus vobis, suam dans gratiam, nosque regno caelorum dignetur: cujus nos participes fieri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

MONITUM AD SERMONEM

Hic sermo, longo post octo alios temporis intervallo habitus, in hac serie positus fuit, non modo quia in illo de Abraham et de Noe pluribus agitur, sed etiam quia non pauca hic habentur similia, imo eadem pene quae in Homiliis in Genesim. Hunc porro Sermonem eodem habuit anno quo Homilias triginta duas priores in Genesim, et quo Homilias in principium Actorum, et de mutatione nominum. Cujus chronologiae rationem explicatam habes in Monito ad Homilias in principium Actorum Tomo 3 (col. 63), itemque in Monito ad Homilias de mutatione nominum eodem Tomo (col. 111). Quo autem anno haec tanta homiliarum sermonumque series pronuntiata fuerit, nondum potuimus deprehendere. Illud solum pro certo exploratoque habemus, omnes post annum 387 habitas fuisse. Ea de re

SERMO IX.

Quomodo oporteat fratrum peccata arguere, et quod eorum salutis curam habere conveniat, et quare Abram vocatus sit Abraham, et de nomine Noë: quod non frustra aut sine causa justi illi fuerint his nominibus appellati, sed ita dispensante Dei providentia.

1. Haud difficile foret ex consequentia nuper dictorum

praesentis sermonis sumere prooemium, siquidem scire possetis quid nuper a nobis dictum, et quomodo finitus fuerit sermo. Verum quia plerique ex iis qui nuper affuere, hodie non adsunt, et ex iis qui nunc adsunt, nuper abfuere, cogit auditorum varietas, ut repetenda sint, quae nuper dicta: unde et ii qui prius sermonem audierant, melius dictorum memoriam

ταλλαγῆ καυχώμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ λαθεῖν τὴν καταλλαγῆν; Καὶ πάλιν τὴν ἀνάστασιν σεμνύων, φησὶν· Αὐτὸς ὁ Κύριος καταβήσεται ἐξ οὐρανοῦ. Ὅρα κακεῖ διὰ τοῦ Δεσπότη τοῦ πᾶν γινόμενον· καὶ ἐνταῦθα οὐ δι' οἰκέτου τινός, οὐ δι' ἀγγέλου καὶ ἀρχαγγέλου, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἐνετείλατο τῷ Ἀδὰμ, διπλῆ τιμῆ τὸν ἄνθρωπον τιμῶν, καὶ τῷ δοῦναι τὸν νόμον, καὶ τῷ δι' ἑαυτοῦ δοῦναι. Πῶς οὖν ὠλίσθησεν ἐκεῖνος; Παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ῥαθυμίαν· καὶ δηλοῦσιν ὅσοι νόμον ἔλαβον, καὶ οὐκ ὠλισθον, ἀλλὰ καὶ πλείω τῶν ἐπιτεταγμένων ἐποίησαν. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὸν καιρὸν ἡμᾶς ὁρῶ συνελαύνοντα τοῦτον, εἰς ἑτέραν διάλεξιν ἀναβαλοῦμαι τὸν λόγον· ὁμεῖς δὲ τὰ εἰρημένα τέως φυλάττετε, καὶ μέμνησθε, καὶ τοὺς οὐκ ἀκηκότας διδάσχετε, καὶ ταῦτα καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ μελετάτω ἕκαστος. Οὐδὲν γὰρ ἡδύτερον ἀκροάσεως θείας. Ἄκουσον γοῦν τί φησι περὶ ταύτης ὁ Προφήτης, Ὡς γλυκέα τῷ Λάφυγγί μου τὰ λόγια σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ στόματί μου. Τοῦτο τοίνυν παρατίθει τὸ κηρίον ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς ἐσπερινῆς, ὥστε πᾶσαν αὐτὴν ἡδονῆς πληρῶσαι πνευματικῆς. Οὐχ ὁράτε τοὺς εὐπόρους τῶν ἀνθρώπων, πῶς μετὰ τὰ σιτία κιθαρωδοὺς καὶ αὐλητὰς ἐπεισάγουσι; Θεάτρον ἐκαῖνοι ποιοῦσι τὴν ἑαυτῶν οἰκίαν· σὺ ποιήσον τὴν οἰκίαν τὴν σὴν οὐρανόν· ποιήσεις δὲ οὐχὶ τοὺς τοίχους ἀμείδων, οὐδὲ μεταλλάττων τὰ θεμέλια, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τῶν οὐρανῶν Δεσπότην ἐπὶ τὴν τράπεζαν καλῶν τὴν σὴν. Οὐκ

ἐπαισχύνεται τὰ τοιαῦτα δεῖπνα ὁ Θεός. Ἐνθα γὰρ διδασκαλία πνευματικῆ, ἐκεῖ καὶ σωφροσύνη καὶ σεμνότης καὶ ἐπιείκεια· ἐνθα ἀνὴρ καὶ γυνὴ καὶ παιδία καὶ ὁμόνοια καὶ φιλία. καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς συνδεδεμένοι δεσμοῖς, ἐκεῖ μέσος ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ χρυσοῦν ὄροφον ζητεῖ, οὐδὲ ἀστραπῆς κίωνων, οὐδὲ κάλλη μαρμάρων, ἀλλὰ ψυχῆς ὄραν, καὶ διανοίας εὐμυρφίαν, καὶ τράπεζαν δικαιοσύνης γέμουσαν, καὶ ἐλεημοσύνης καρποὺς ἔχουσαν. Κἂν ἴδῃ τοιαύτην τράπεζαν, ταχέως κοινωνεῖ τοῦ συλλόγου, καὶ παραγίνεται. Καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ εἰρηκώς· Πεινῶντά με εἶδετε, καὶ ἐθρέψατε. Ὅταν οὖν ἀκούσης πέντητος· κάτωθεν μέγαρα βοῶντος, εἶτα ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν προκειμένων δῶς τι τῷ δεομένῳ, τὸν Δεσπότην ἐκάλεσας διὰ τοῦ δούλου πρὸς τὴν τράπεζαν τὴν σὴν. πᾶσαν αὐτὴν εὐλογιῶν ἐνέπλησας, καὶ διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἀφορμὴν μεγίστην τοῦ πληθύνεσθαι σοι τὰ ταμεία ἀγαθῶν πολλῶν παρεσκεύασας. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης, ὁ διδοὺς ἄρτον εἰς βρῶσιν, καὶ σπέρμα τῷ σπεύροντι, πληθύνει τὸν σπῆρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσεις τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἐν πᾶσιν ὑμῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν διδοὺς, καὶ καταξιώσεις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἧς γένοιτο πάντα ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

QUOMODO OPORTEAT FRATRUM PECCATA ARGUERE, ETC.

QUI EST NONUS IN GENESIM.

vide quæ diximus in Monito ad Homilias in principium Actorum, atque in Praefatione ad hunc quartum Tomum.

Secutus est hic Sermo Homiliam secundam de mutatione nominum; nam duæ priores de mutatione nominum homiliae hic commemorantur, nempe num. 4 et num. 5. In hoc sermone perinde atque in praecedentibus de mutatione nominum homiliis longo prooemio usus est Chrysostomus: hinc querelæ populi Antiocheni, hinc reprehensiones ob nimiam prooemiorum longitudinem. Cujus querimoniae occasione paucis elapsis diebus illam de ferendis reprehensionibus homiliam habuit, quam nos in serie Homiliarum de mutatione nominum posuimus T. 3 (col. 134).

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Εἰς τὸ, πῶς δεῖ ἐπιτιμᾶν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἀμαρτήμασι, καὶ ὅτι χρὴ τῆς τούτων σωτηρίας προνοεῖν, καὶ διὰ τί Ἀβραμ Ἀβραὴμ ἐκλήθη, καὶ εἰς τί ὄνομα τοῦ Νῶε· ὅτι οὐχ ἀπλῶς ταῦτα οἱ δίκαιοι ἐκαλοῦντο τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ.

α'. Εἰ μὲν ἦν δυνατὸν ὑμῖν εἰδέναί, τί μὲν ἡμῖν εἴρηται, τί δὲ ὑπολέλειπται, καὶ ποῦ μὲν τὸν λόγον κατε-

λύσαμεν πρώην, πόθεν δὲ αὐτὸν σήμερον ἀνελέσθαι χρὴ, εὐθέως τὰ προλήμια ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας τῶν πρώην εἰρημένων ἐποιησάμεν ἄν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν τότε ἀκηκότων ἡμῶν πολλοὶ σήμερον οὐ παρήκασιν, καὶ τῶν νῦν παρόντων τότε οὐκ ἔχουσαν, τὸ διάφορον τῶν ἀκρατῶν ἀναγκαίαν· ποιεῖ γενέσθαι τῶν εἰρημένων ἡμῖν τὴν ἐξηγήσιν· οὕτω γὰρ καὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς παρηκολουθηκόσι τῷ λόγῳ μᾶλλον ἐμπαγή-

σεται τούτων ἡ μνήμη, πάλιν ἀναμιμνησκομένοις ὧν ἤκουσαν· καὶ τοῖς ἀπολειφθεῖσιν οὐ τοσαύτη ἔσται βλάβη, τοῦ λόγου γνωριμωτέραν αὐτοῖς ἀνωθεν ποιούντος τὴν διδασκαλίαν. Καὶ μὴν ἴσως ἂν εἴποιεν οἱ αἰεὶ παραγινομένοι, ὅτι δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἔχρην ἀνσλαβεῖν τὰ εἰρημένα, ἵνα ἀπολειφθέντες καὶ τῶν συνάξεων καταφρονήσαντες, ἔργῳ τὴν βλάβην ὑπομείναντες, βελτίους γένωνται, τῇ ζημίᾳ [688] σωφρονιζόμενοι.

Ἐγὼ δὲ ἐπαινῶ μὲν ὑμᾶς, ὅτι οὕτω δάκνεσθε ὑπὲρ τῆς ῥαθυμίας τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν ζῆλον θαυμάζω· βούλομαι δὲ καὶ φιλανθρωπία τὸν ζῆλον ὑμᾶς κεράσαι τοῦτον. Ζῆλος γὰρ συγγνώμης ἀπεστερημένος, οὐ ζῆλος, ἀλλὰ θυμὸς μᾶλλον ἔστι, καὶ νοθεσία, φιλανθρωπίαν οὐκ ἔχουσα, βασκανία τις εἶναι δοκεῖ. Διὰ τοῦτο ὑμᾶς μᾶλλον παρακαλῶ, μὴ πικρῶς τὰ τῶν πλησίων κρίνειν ἁμαρτήματα. Ὡσπερ γὰρ ὁ χωρὶς συγγνώμης ὄρων τὰ τῶν ἀδελφῶν τραύματα, εἴ ποτε καὶ αὐτὸς ἁμάρτοι, οὐδένα εὐρήσει τὸν συγγνώμην αὐτῷ νέμοντα· οὕτως ὁ μετ' ἐλέου δικάζων τοῖς τῶν πλησίων παραπτώμασιν, εἴ ποτε ὑποσκελισθεῖ, πολλοὺς θίφεται τοὺς χεῖρα ὀρέγοντας. Καὶ ταῦτα λέγω νῦν, οὐ τὴν ῥαθυμίαν τῶν ἀπολειφθέντων αὐξῆσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν κηδεμονίαν ἐπιτείνειν σπουδάζων, ἵνα μετὰ λόγου γίνηται καὶ φιλοστοργίας. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς πολλοὺς καὶ μακροὺς τῇ προτεραία κατ' αὐτῶν ἀπετείναμεν λόγους, καὶ οὐδὲ ἀνθρώπους αὐτοὺς εἶναι ἔφαμεν, καθάπερ μέμνησθε, κατηγόρους αὐτοῖς ἐπιστήσαντες δύο προφήτας τοὺς κρυφαίους· τὸν μὲν λέγοντα, *Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουσόμενος*· τὸν δὲ καταβοῶντα πάλιν καὶ πυνθανόμενον· *Πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτύρομαι; Ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν.* Καὶ σφόδρα αὐτῶν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐθάκομεν τὴν διάνοιαν. Ἀλλὰ νῦν αὐτοὺς πάλιν παρακαλοῦμεν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἐκέλευσεν· *Ἐλεγεῖτον γὰρ, φησὶν, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον.* Οὐτε γὰρ τοῦτο αἰεὶ χρὴ ποιεῖν μόνον, οὐτε ἐκεῖνο μόνον, ἀλλ' ἐκάτερα μίξαντα ἀπηρτισμένην ἐργάζεσθαι τὴν ὠφέλειαν. Ἄν τε γὰρ διαπαντὸς ἐλέγχωμεν, ἀναισχυντοτέρους αὐτοὺς ἀπεργαζόμεθα· ἂν τε διαπαντὸς παρακαλοῦμεν, ῥαθυμοτέρους ποιῶμεν. Διὰ τοῦτο καὶ ἱατροὶ οὐχὶ τέμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τραύματα ἐπιδεσμοῦσιν· οὐδὲ αἰεὶ φάρμακα πικρὰ ἐπιβάλλουσι, ἀλλὰ καὶ προσητὴ πολλάκις· δι' ἐκείνων μὲν τῶν προτέρων τὸ σεσηπὸς ἀποκαθαίροντες, διὰ τούτων δὲ τῶν δευτέρων τὴν ἐξ ἐκείνων ὀδύνην παραμυθούμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ Παῦλος· *Ἀδελφοί, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἐν τινὶ παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον, σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῆς.* Ἀρίστη παραίνεσις, ἀπηρτισμένη συμβουλή, πολλὴν ἔχουσα τὴν κηδεμονίαν, σπλάγχνα ἐνδεικνυμένη πατρικά· ὅπως τῆς Παύλου γλώττης τὰ ῥήματα, ἀδελφοί. Εὐθέως ἀπὸ τοῦ τῆς συγγενείας ὀνόματος πρὸς τὴν εὐνοίαν ἐπεσπάσατο τὸν ἀκροατήν. Τὰς αὐτὰς ὠδίνας ἔλυσας αὐτῷ, τὰς αὐτὰς ἐτράφησεν τροφὰς, τὸν αὐτὸν ἔσχεσεν πατέρα, ἐκοινωνήσας αὐτῷ κατὰ τὸν τόκον τὸν πνευματικόν· τὴν συγγέλειαν τοίνυν ταύτην καὶ ἐν τῇ τῶν πτωμάτων ἐπιδείκνυσο διορθώσει. *Ἐὰν προληφθῇ.* Οὐκ εἶπεν, *Ἐὰν ἁμάρτη, ἀλλ' ἐπὶ εἶδος ἁμαρτίας κατέφυγε συγγνώμην ἔχον.* Τὸ γὰρ, *Ἐὰν προληφθῇ*, τουτέστιν, ἐὰν [689] ἐπηρεασθῇ, ἐὰν ἀπατηθῇ, οὐ τὸν ἐκ μελέτης

ἁμαρτήσαντα λέγων, ἀλλὰ τὸν σπουδάζοντα μὲν κατορθῶσαι, ὑπὸ περιστάσεως δὲ διαβολικῆς ὑποσχελιζόμενον. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ τοσοῦτον κατηγορίας ὅσον συγγνώμης ἔστιν ἄξιος. *Ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος.* Πάλιν ἐφ' ἕτερον εἶδος συγγνώμης κατέφυγε, τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ἣν διὰ τῆς προσηγορίας ἠνίκατο. Καθάπερ οὖν ὁ μέγας Ἰωβ ἐπισπάσασθαι παρὰ τοῦ θεοῦ συγγνώμην βουλόμενος, ἔλεγε· *Τί ἐστὶν ἄνθρωπος, ὅτι λογιζῆται αὐτὸν, καὶ ἐπισκοπῆν ἐποιήσω τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ;* οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, ὅταν τινὰ τῶν ἡμαρτηκῶτων ἐξαιτώμεθα, Ἄνθρωπός, ἐστὶ, συνεχῶς λέγοντες, καὶ τῆς φύσεως ἀναμιμνήσκοντες, καὶ ταύτη πρὸς ἔλεον ἐφελκόμενοι τὸν ἀγανακτοῦντα. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἐπὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῆς κατέφυγεν εἰπὼν, *Ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἐν τινὶ παραπτώματι.* Οὐκ ἀπλῶς τὰ μεγάλα λέγει ἁμαρτήματα, τὰ συγγνώμης μείζονα καὶ τὰ φιλανθρωπίας οὐκ ἄξια, ἀλλὰ τὰ μικρὰ καὶ κατεσταλμένα. Ἔμεῖς οἱ πνευματικοί. Ὁ μὲν ἁμαρτῶν, ἄνθρωπος, οἱ δὲ κατορθοῦντες, πνευματικοί. Ἐκεῖ τῆς φύσεως εἶπε τὸ ὄνομα, ἐνταῦθα τῆς ἀρετῆς ἔθηκε τὴν προσηγορίαν.

Πολὺ δὲ τὸ μέσον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ πνευματικοῦ. Ἔμεῖς οἱ πνευματικοί. Εἰ πνευματικὸς εἶ, δεῖξόν μοι τὴν ἰσχύν σου, μὴ ἀπὸ τῆς σῆς σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἐμῆς σωτηρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς βοηθείας τῆς εἰς τοὺς πεπτωκότας. Τοῦτο γὰρ πνευματικοῦ, μὴ περιορᾶν τὰ οἰκεία μέλη ἡμελημένα. *Καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον.* Ἀχείρωτον ποιεῖτε, φησὶν, ἀκαταγώνιστον, ἀμαχον τῷ διαδόλῳ. *Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῆς.*

β'. Αὕτη μέγιστη συμβουλή, ἀναγκαστικὴ παραίνεσις. Κἂν λίθος ἢ ὁ ἀκούων, ἱκανὸν αὐτὸν φοβῆσαι τὸ ῥῆμα, καὶ πρὸς ἀνάληψιν διεγείραι τοῦ πεπτωκότος. Οὐ βούλει, φησὶν, ὡς ἀδελφός ἐλεῆται; οὐ βούλει ὡς ἀνθρώπῳ ὄντι δοῦναι συγγνώμην; οὐ βούλει ὡς πνευματικὸς χεῖρα ὀρέξαι; Τὰ κατὰ σαυτὸν σκόπησον, καὶ οὐ δεῖσῃ τοῦ συμβουλευόντος, ὥστε βοηθησῆσαι τῷ κειμένῳ, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ παρὰ σαυτοῦ δέξαι τὴν παραίνεσιν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; *Σκοπῶν σεαυτὸν,* φησὶ, *μὴ καὶ σὺ πειρασθῆς.* Οὐκ εἶπε, Πάντως γὰρ καὶ σὺ ἁμαρτήσῃ, ἵνα μὴ φορτικώτερον ποιήσῃ τὸν λόγον· ἀλλὰ πῶς; *Μὴ ποτε καὶ σὺ πειρασθῆς.* Ἴσως δὲ ἁμαρτήσῃ, ἴσως δὲ οὐκ ἁμαρτήσῃ. Ἐπεὶ οὖν ἄδηλον τὸ μέλλον, προαπόθου σοι φιλανθρωπίας ἔρανον, οἱ ὧν εἰς τὸν πλησίον ποιεῖς, ἦν ποτε περιτραπείης, πολλὴν εὐρήσεις συγγνώμης ἀποθήκην ἀποκειμένην. Οὐκ εἶπε, *Μὴ ποτε καὶ σὺ ἁμάρτης, μὴ ποτε καὶ σὺ πέσης;* προσέχετε ἀκριβῶς τῇ δυνάμει τῶν ῥημάτων αὐτῶν· ἀλλὰ, *Μὴ ποτε καὶ σὺ πειρασθῆς.* Ἐδείξεν ὅτι πειρατὴν ἔχομεν ἐχθρόν· ὁ δὲ πειρατὴς οὐκ ὠμολογημένον τῆς ἐπιθέσεως τὸν καιρὸν ἔχει, ἀλλὰ πολλάκις ἡμῖν καὶ καθεύδουσι καὶ ῥαθυμοῦσιν ἐπιτίθεται· διὰ τοῦτο κάκεινος ὁ προληφθεὶς συγγνώμης ἄξιός, ἐπειδὴ ὑπὸ πειρατοῦ ἐάλω. Οὐ γὰρ ἦν [690] αὐτῷ φανερὰ ἡ μάχη, οὐδὲ ὠμολογημένος ὁ καιρὸς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ ἀγνοοῦντι ἐπέθετο, καὶ διὰ τοῦτο περιεγένετο. Οὕτω καὶ οἱ πλεοντες τὴν θάλατταν τὴν μεγάλην ταύτην καὶ εὐρύχωρον ποιῶσι. Κἂν ἐξουρίων αὐτοῖς φέρηται τὸ σκάφος, κἂν πάσης ἀπολαύωσιν ἀσφαλείας, ἴδωσι δὲ πόρρωθεν ναυαγήσαντας ἐτέρους, οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν εὐ-

firmant : et iis qui abfuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si et ipsis innotescat doctrina pridem habitam. Et fortassis dicent qui semper sunt presentes, propter illos nuper dicta non esse resumenda, ut ii qui cum aliis convenire contempserunt, hoc damno emendentur, et fiant posthac diligentiores.

Zelus temperandus misericordia. — Equidem laudo, quod fratrum doletis ignaviam, et admiror zelum : vellem autem vos zelum hunc temperare misericordia. Zelus enim veniam negans, potius furor est quam zelus, et admonitio, lenitate destituta, invidia quaedam est. Quapropter magis vos obsecro, ne amare de proximorum judicetis peccatis. Nam sicut is qui absque commiseratione vulnera fratrum spectat, nullum inveniet qui se dignetur veniam, si quando et ipse peccaverit : ita qui cum misericordia de lapsu proximi judicat, si quando et ipse supplantatus fuerit, multos videbit manum porrigentes. Et hæc nunc dico, non quod velim eorum qui raro huc conveniunt negligentiam augeri, sed quod majorem curam nostram erga illos cupiam, ita ut cum ratione et amoris affectu geratur. Alioquin et nos superioribus diebus multos et longos sermones adversum illos pronuntiavimus, et neque hominum nomine dignos diximus : sicut meministis (a) nos in hoc produxisse prophetas duos præcipuos contra illos : quorum unus dicit : *Veni, et non erat homo : vocavi, et non erat qui audiret (Isai. 50. 2)*; alius autem clamat, et dicit : *Cui loquar et testificabor? Incircumcisæ aures eorum, et non possunt audire (Jer. 6. 10)*. Quibus verbis mentem eorum satis acriter perstrinximus. Nunc vero iterum obsecramus : sic enim et Paulus jussit : *Argue, inquit, increpa, obsecra (2. Tim. 4. 2)*. Neque enim hoc semper solum agere oportet, neque semper illud solum : sed utrumque alternis vicibus, quo major inde sequatur utilitas. Nam si semper argueremus, impudentiores illi fierent : si semper obsecrarem, ignaviores redderentur. Quapropter et medici non solum secant, sed et vulnera obligant : neque semper amara, sed nonnumquam etiam lenia pharmaca iafundunt : ut per priora illa purificentur sanies et putredo, per posteriora autem mitigetur inustus ab illis dolor. Et ideo alibi quoque inquit Paulus : *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, corripite illum, considerans temetipsum, ne et tu tenteris (Galat. 6. 1)*. Optima admonitio, perfectum consilium, quod paterna viscera declarat, et ejus qui magnam nostri curam gerit. Vere lingue Pauli verba, fratres. Satis eximio nomine benevolum reddidit auditorem : quasi dicturus : Ejusdem uteri partu et doloribus prognatus es, eundem habuisti patrem, iisdem alimentis educatus es, communicasti ei in partu spirituali ; cognationem et fraternitatem hanc etiam in corrigendis proximi erratis declara. *Si præoccupatus fuerit.* Non dixit, Si peccet, sed ad genus peccati confugit, quod majorem meretur veniam. *Si præoccupatus fuerit* : hoc est, si graviter tentatus succubuerit,

(a) Hic denotat sermonem in illud, *saulus adhuc spirans minas*, etc., qui est primus de Mutatione nominum.

si erraverit, neque eum qui dedita opera peccavit dicit, sed eum qui studuit bene agere, supplantatus tamen est a potestate diabolica et victus. Nam talis non tam accusationem quam veniam meretur. *Si præoccupatus fuerit homo.* Iterum ad aliam veniæ speciem confugit, nempe naturæ infirmitatem, quam nomine hominis insinuat. Sicut igitur et magnus Job veniam a Deo impetrare volens, dicebat : *Quid est homo quod reputas eum, et visitationem peccatorum ejus fecisti (Job. 7. 17)?* sic et nos faciamus, quando cum peccatore aliquo expostulatur, continue dicamus, *Homo est* : et naturæ recordatione ad misericordiam iadignantem provocemus. Et ea de causa Paulus ad naturam et ejus infirmitatem confugit, cum dixit : *Si et præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.* Non simpliciter magna peccata dicit, quæ majora quam ut veniam et misericordiam mereri videantur, sed parva et abjecta. *Vos qui spirituales.* Is qui peccat, homo ; qui vero bene operatur, spirituales dicuntur. Illic virtutis vocabulum posuit, illic naturæ nomen dixit.

Spiritualis homo quis. — Multum autem differt homo, et spiritualis. *Vos qui spirituales.* Si spiritualis es, ostende mihi virtutem tuam, non a tua, sed a mea salute, sed a subsidio quod lapso fers. Hoc enim spiritualis est, non despiciere sua membra periclitantia. *Instruere talem.* Facite, ait, ne capi possit, ne certando defatigetur, ne præliando adversus diabolum succumbat. *Considerans temetipsum, ne et tu tenteris.*

2. Hoc summum consilium est, et admonitio maxime cogens. Etiam si saxeus fueris, et audias, verbum hoc sufficiet ad terrendum, et provocandum, quo feras auxilium lapso. Non vis, ait, ut frater misereri? non vis ut hominibus concedere veniam? non vis ut spiritu lis manum porrigere? Considera conditionem tuam : et non indigebis consiliario, sed per temetipsum jacentem juvabis, et a temetipso admoneberis. Quo pacto, et quo modo? *Considerans temetipsum, ait, ne et tu tenteris.* Non dixit : Nam omnino et tu peccabis, ne molestior esset : sed quomodo dixit? *Ne quando et tu tenteris.* Fieri enim potest ut pecces : fieri etiam potest ut non pecces. Et quia incertum est futurum, para tibi misericordiae sportulas, quas illi dices, ut per illa quæ proximo impendis, si et tu aliquando lapsus fueris, invenias promptuaria miseratione referta. Non dixit, Ne quando et tu pecces, ne quando et tu cadas : attendite diligenter ad vim verborum ipsorum : sed, *Ne quando et tu tenteris.* Quo simul indicatur, nos habere inimicum tentatorem : et tentator non statutum insidiandi tempus habet ; plerumque enim in nos dormientes et negligentes impetum facit : et ideo præoccupatus ille magis dignus est, cui condonetur, quoniam a tentatore captus est. Non enim erat ei manifesta pugna, neque conductus dies belli, sed in incautum impetum fecit, atque ideo superavit. Sic nautæ quoque faciunt, cum per magnum et spatiosum mare navigant. Licet navis secundo vento feratur, licet omni fruantur securitate, cum tamen viderint alios vel procul naufraga-

gium facere, non, suam spectantes utilitatem, illorum contemnunt calamitatem: sed sistunt navem, laxant anchoram, detrahunt vela, ejiunt funes, projiciunt tabulas, ut ille qui a fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emergat. Imitare igitur et tu nautas, homo: non enim et tu mare navigas magnum et spatiosum, nempe vitæ præsentis, quod multas habet belluas, piratas, petras, et latentes scopulos, crebrisque turbatur fluctibus, et in eo naufragantur plurimi. Cum igitur videris navigantium aliquem diaboli insidiis amittere divitias salutis, natante in fluctibus, et jam submergi, siste navem, et relictis negotiis tuis, statim illius provide salutem. Nam moram non sustinet, neque dilationem, qui submergi incipit. Igitur statim accurre, et quantocyus e fluctibus eum eripe, nihil non age ut ipsum ex profundo interitus extrahas: etiamsi te plurima negotia aliorum vocent et trahant, nihil ducas magis necessarium salute sic laborantis; nam si parumper differre volueris, perdetur tempestate rabida. Unde in tantis periculis magna acceleratione opus est et studio. Audi quomodo Paulus, viso homine quodam qui in profundum rapiebatur, sollicitus et anxius erat, et alios excitabat. *Confirmate in illum caritatem, inquit, ne forte tristitia abundantiore absorbeatur ille (2. Cor. 2. 8. 7).* Et propter hoc jubet statim præbere manum, ut ne interim dum differimus præventus ille absorbeatur. Curam igitur geramus fratrum nostrorum.

Quo signo internoscantur Christiani. — Hæc summa vitæ nostræ est; hoc signo internoscimur an Christiani simus, cum non solum quæ nostra sunt spectamus, sed et membra nostra perversa corrigimus et instruimus. Hoc maximum indicium fidei. *In hoc enim cognoscent omnes, inquit, quod discipuli mei estis, si vos diligitis mutuo (Joan. 13. 35).* Caritatem autem sinceram declarat non communitio mensæ, non breve colloquium; non verborum adulatio, sed studium in considerando quid proximo conducat, ut erigatur qui cecidit, et porrigatur lapsæ manus salutem negligenti, ut ante bona propria, inquirantur quæ proximi sunt. Hæc est vera caritas. Nam caritas non spectat quæ sua sunt, sed prius videt ea quæ proximi, quam quæ sua, ut per ea videat quæ sua sunt (1. Cor. 13. 5). Et ego nunc non propter memetipsam iam longis sermonibus utor, sed propter vos. Igitur et vos audite, non propter vosmetipsos, sed propter alios a vobis erudiendos. Quandoquidem Ecclesiæ corpus per membrorum cœmentiam nutritur. Sicut ergo membrum quod apud seipsum cibos omnes reservat, vicinque non communicat, et seipsum offendit, et reliquum corpus corrumpit: quemadmodum in stomacho videmus: is enim si cibum solus continuerit, et reliquum corpus fame corrumpit; et seipsum sua inexplebili improbitate perdit: si autem acceperit quantum pro sua portione satis, et reliquum aliis membris transmiserit, et seipsum ac reliquum corpus in bona valetudine conservat: ita et tu nunc, si ea quæ a nobis audis, detinueris, aliisque non communicaveris, et illum incommodabis, et teipsum

jam corrupisti: quia ignaviæ et invidiæ gravissimos morbos foves. Satis enim ad perditionem tuam fuerit, vel ob malitiam, vel ob invidiam, vel etiam ob ignaviam non communicare aliis. Contra, si citra invidiam et ad alios transmiseris alimoniam, et tibi ipsi et aliis profuturus es. Sed de iis dictum est satis.

3. Nunc operæ pretium fuerit, venire ad contextum eorum quæ nuper dicta fuerunt. Quæ erant ergo illa? De Saulo et Paulo tunc exquirebamus, quare aliquando Saulus, et aliquando Paulus vocatus sit (a); et inde digressi sumus in multorum nominum historiam. Verum quia semel hinc solvimus, non videtur dignum esse, ut cum utilis adhuc occurrit negotiatio, tenere eam prætereuntes negligamus. Nam licet propter Paulum in hæc argumentum devenerimus, nihilominus et aliorum nominum rationes hac negotiatione invenire possumus. Sicut et mercatores, qui mare navigant, et propter minuta quædam in longinquas terras proficiscuntur: cum venerint in petitam civitatem, viderintque copiam aliarum rerum sibi conducibilem, præter eas propter quas a patria exierunt, multo plura quam decreverant, mercantur. Quod si quis eos reprehendat, his se verbis tuentur: Longa via venimus, multas tempestates, multa pericula pertulimus, transmarinam suscepimus peregrinationem: quid igitur vetat negotiationem nostram fieri ampliorem? Talia utique et nobis dicere licet. Nam inquiringes de nominibus Pauli, invenimus consequenter ut nundinationem aliorum nominum: nempe Petrum antea Simonem dictum: et filios Zebedæi Joannem et Jacobum filios tonitruum nuncupatos. Invenimus et in Veteri Abraham, qui antea Alnam vocatus fuit: et Jacob Israelem nominatum; et Saram Saram. Invenimus præterea aliis non fuisse mutata nomina sicut istis, sed illos a principio sibi indita nomina retinuisse, sicut Joannes Baptista, Isaac et Adam. Absurdum igitur fuerit et extremæ desidiæ, tantum e manibus thesaurum abjicere. Nam ideo longiorem facimus sermonem, et quia nuper diximus de iis qui primum nomen retinuerunt, hodie de dynymis, sive de iis, qui duplici sunt nomine appellati, dicere mens est, quorum unus est Abraham. Adam eodem semper nomine vocatus est: Isaac aliam appellationem non accepit, sed ab initio ad finem Isaac dictus est. Pater autem Isaac prius quidem Abram dicebatur, postea vero Abraham. Dixit enim ad eum Deus: *Non erit ultra nomen tuum Abram, sed Abraham vocabitur nomen tuum (Gen. 17. 5).* Etenim Abram vocabatur prius: sed hoc nomen non est Græcum, neque nostra, sed Hebræorum lingua sic vocatur. Quid igitur significat hoc nomen? *Transitor (b).* Nam Abram Syrorum voce idem est quod trans vel ultra: et sciunt qui linguæ ejus periti sunt. Magna quoque

(a) Vide homiliam 2 de Mutatione nominum, Tom. 3, et Mozitum supra.

(b) Non esse veram hanc nominis Abram etymologiam jam supra vidimus in Homiliis in Genesim col. 526, ubi vide sis.

πρέπειαν βλέποντες, τῆς ἐκείνων καταφρονοῦσι συμφορᾶς· ἀλλὰ τὸ πλοῖον στήσαντες, καὶ τὰς ἀγκύρας χαλάσαντες, καὶ τὰ ἱστία καθελόντες, ἐξακοντίζουσι σχοίνους, καὶ ρίπτουσι σανίδας, ὥστε ἐκείνον τὸν ὑπὸ τῶν κυμάτων βαπτίζεσθαι μέλλοντα ἐνὸς τούτων ἐπιλαμβανόμενον, διαφεύγειν τὸ ναυάγιον. Μίμησαι τοίνυν καὶ σὺ τοὺς ναύτας, ἄνθρωπε· καὶ γὰρ καὶ τὸ θάλατταν πλέεις μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, τὸ μῆκος τοῦ παρόντος βίου, θάλατταν θηρία ἔχουσαν καὶ πειρατὰς, θάλατταν σκοπέλους ἔχουσαν καὶ σπιλάδας, θάλατταν ὑπὸ κυμάτων ταραττομένην πολλῶν καὶ χειμῶνων· καὶ πολλοὶ πολλάκις καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ταύτῃ ναυαγίῳ περιπίπτουσιν. Ὅταν οὖν ἴδῃς τινὰ τῶν πλεόντων ὑπὸ τινος περιστάσεως διαβολικῆς ἀπολέσαντα τὸν πλοῦτον τῆς σωτηρίας, καὶ κλυδωνιζόμενον, καὶ μέλλοντα ὑποβρύχιον γίνεσθαι, στῆσόν σου τὸ πλοῖον, κἂν ἐτέρωθι σπεύδῃς, προνόησον τῆς ἐκείνου σωτηρίας, τὰ κατὰ σαυτὸν ἀφείς. Οὐ γὰρ ἀνέχεται ἀναβολῆς, οὐδὲ βραδυτήτος ὁ βαπτίζεσθαι μέλλων. Ἐπίστηθι τοίνυν ταχὺ, ἐξάρπασον αὐτὸν ὀξέως τοῦ κλυδωνίου, πάντα κίνησον κάλων ὥστε αὐτὸν ἀνιμήσασθαι ἐκ τοῦ βάθους τῆς ἀπωλείας· κἂν μυρία σε ἔλκῃ πράγματα, μηδὲν ἔστω τῆς σωτηρίας τοῦ κάμνοντος ἀναγκαιότερον· κἂν γὰρ μικρὸν ἀναβαλέσθαι βουληθῆς, προδώσεις αὐτὸν τῇ τοῦ χειμῶνος ὀξύτητι. Διὸ τάχους ἡμῖν ἐν ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς δεῖ, τάχους καὶ σπουδῆς ἐπιτεταμένης. Ἄκουσον πῶς Παῦλος ἐπιείγεται, καὶ ἐτέρους διανίστησι πολλοὺς, ἰδὼν τινα ἄνθρωπον βυθίζεσθαι μέλλοντα. *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, φησί, μή πως τῇ περισσοτέρῃ λύπῃ καταποθῆ ὁ τοιοῦτος.* Διὰ τοῦτο κελεύει ταχέως ὀρέξαι χεῖρα, ἵνα μὴ μελλόντων ἡμῶν καὶ ἀναβαλλομένων, φθάσῃ καταποθῆναι ἐκεῖνος. Γινώμεθα τοίνυν κηδεμονικοὶ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμετέρους.

Τοῦτο κεφάλαιον τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας ἐστὶ, τοῦτο γνῶρισμα, τὸ μὴ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη ἡμῶν διεστραμμένα διορθοῦν καὶ καταρτίζειν· τοῦτο δεῖγμα τῆς πίστεως μέγιστον· Ἐν τούτῳ γὰρ γινώσκονται, φησί, πάντες ὅτι μαθηταὶ μου ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἀγάπην δὲ δείκνυσι γνησίαν οὐ κοινωνία τραπέζης, οὐδὲ πρόσρησις ψιλῆ, οὐδὲ κολακεία ῥημάτων, ἀλλὰ τὸ διορθῶσαι καὶ σκοπῆσαι τὸ συμφέρον τοῦ πλησίον, τὸ τὸν πεπτωκότα διαναστῆσαι, τὸ τῷ κειμένῳ χεῖρα ὀρέξαι τῆς οἰκείας ἀμελήσαντι σωτηρίας, καὶ πρὸ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν τὰ τοῦ πλησίον ζητῆσαι. Τοῦτο ἀγάπης γνησίας. Ἡ γὰρ ἀγάπη τὰ αὐτῆς οὐ βλέπει, ἀλλὰ πρὸ τῶν αὐτῆς τὰ τοῦ πλησίον ὀρεῖ, ἵνα δι' ἐκείνων τὰ αὐτῆς ἴδῃ. Ἐπεὶ καὶ ἐγὼ νῦν οὐχὶ δι' ἑμαυτὸν ἀποτείνω τοσοῦτους λόγους, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Καὶ ὑμεῖς [691] τοίνυν μὴ δι' ἑαυτοὺς ἀκούετε μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἐτέρους τοὺς παρ' ὑμῶν παιδεύεσθαι μέλλοντας. Κατὰ γὰρ τὴν ἀκολουθίαν τῶν μελῶν καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας τρέφεται σῶμα. Ὅσπερ οὖν τὸ μέλος, ἐὰν κατάσχη παρ' ἑαυτῷ τὴν τροφήν πᾶσαν, καὶ μὴ μεταδῶ τῷ πλησίον, καὶ ἑαυτὸ λυμαίνεται, καὶ τὸ λοιπὸν διαφθείρει σῶμα· οἷον ὁ στόμαχος, ἐὰν τὴν τροφήν αὐτῆς κατάσχη μόνος, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα

τῷ λιμῷ κατατῆχει, καὶ ἑαυτὸν ὑπὸ τῆς ἀμετρίας διαφθείρει· ἂν δὲ τὸ ἀρχοῦν λαβὼν κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, τὸ λοιπὸν τοῖς ἐτέροις παραπέμψῃ μέλεσι, καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν ὑγιείᾳ διατηρεῖ· οὕτω καὶ σὺ νῦν, ἂν ἀκούσας τὰ παρ' ἡμῶν κατάσχη, ἐτέρῳ δὲ μὴ μεταδῶς, κάκεινον ἐζημιώσας καὶ σαυτὸν διέφθειρας, χαλεπώτατα νοσήματα ἐπισπασάμενος, νωθεῖαν καὶ φθόνον. Ἡ γὰρ διὰ ποτηρίαν, ἢ δι' ἀργίαν καὶ ῥαθυμίαν οὐ μεταδίδωμεν ἐτέροις. Ὑπότερον δὲ ἂν ἦ τούτων, ἱκανὸν ἀπολέσαι τὸν ἔχοντα. Ἄν δὲ ἀφθόνως καὶ εἰς ἐτέρους παραπέμψῃ τὴν τροφήν, καὶ ἑαυτὸν καὶ ἐκείνον ὠφέλησας. Ἄλλ' ὑπὲρ μὲν τούτων ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

γ'. Δεῖ δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἔλθειν τῶν πρώτων λεχθέντων. Τίνα οὖν ἦν ἐκεῖνα; Περὶ Σαύλου καὶ Παύλου τότε ἐζητοῦμεν, διὰ τί ποτὲ μὲν Σαῦλος, ποτὲ δὲ Παῦλος ἐλέγετο· εἶτα ἐξέβημεν ἐκ τῆς ἀκολουθίας ταύτης εἰς ὀνομάτων ἱστορίαν πολλήν. Καὶ ἐπειδὴ ἐξέβημεν ἀπ' αὐτῶν, οὐκ ἔδοξεν ἡμῖν ἄξιον εἶναι παραδραμεῖν τὴν ἐμπορίαν ἐκείνην. Εἰ γὰρ καὶ διὰ Παῦλον ἤλθομεν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἀλλ' ὅμως καὶ τὴν τῶν ἄλλων ὀνομάτων εὐρεσιν ἐμπορεύσασθαι ἔγνωμεν. Οὕτω καὶ οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες κατ' ἐμπορίαν ποιοῦσι πολλάκις, ὑπὲρ πραγματείας ὀλίγων τινῶν ἐπιδημήσαντες· ἐπειδὴν εἰς τὴν πόλιν ἐλθόντες, εἰς τὴν ἐστέλλοντο, ἴδωσι καὶ ἐτέρων ἀγωγίμων ἔχουσαν ἀφθονίαν, πολλῶν πλείονα τῆς παρεσκευασμένης ποιοῦνται τὴν ἐμπορίαν. Κἂν ἐγκαλέση τις, ταῦτα λέγουσι τὰ ῥήματα· Μακρὰν, φασίν, ἤλθομεν ὁδὸν, πολλοὺς χειμῶνας ὑπεμείναμεν, πολλοὺς κινδύνους, διαπόντιον ἀποδημίαν ἐστειλάμεθα· τί δὴ κωλύει ἀφθονωτέραν γενέσθαι τὴν πραγματείαν ἡμῖν; Ταῦτα δὴ καὶ ἡμεῖς ἀπολογώμεθα. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ζητοῦντες περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ Παύλου, εὕρομεν ἐκ τῆς ἀκολουθίας καὶ ἐτέραν ἐμπορίαν ὀνομάτων, οἷον τι ὁ Πέτρος Σίμων ἐκαλεῖτο πρὸ τούτου, καὶ οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ βροντῆς ὀνομάσθησαν. Εὕρομεν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὸν Ἀβραάμ πρὸ τούτου μὲν Ἀβραμ καλούμενον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀβραάμ, καὶ τὸν Ἰακώβ Ἰσραὴλ μετακληθέντα, καὶ τὴν Σάρραν Σάραν. Εὕρομεν πρὸς τούτοις, ὅτι ἕτεροὶ τινες οὐ μετωνομάσθησαν, ὥσπερ οὗτοι, ἀλλ' ἐξαρχῆς ἔλαβον τὰ ὀνόματα, ὥσπερ Ἰωάννης ὁ βαπτιστής, ὡς ὁ Ἰσαάκ, ὡς ὁ Ἀδάμ. Ἀτοπον τοίνυν ἡμῖν ἔδοξεν εἶναι καὶ βλακειᾶς ἐσχάτης, τοσοῦτον ἀπὸ τῶν χειρῶν ῥίψαι θησαυρόν [692]. Διὰ τοῦτο μακρότερον ἐποιήσαμεν τὸν λόγον, καὶ περὶ τῶν ἐξαρχῆς ὀνομασθέντων πρώτων εἰπόντες, σήμερον διανοούμεθα περὶ τῶν διωνύμων εἰπεῖν, ὡς εἰς ἐστὶν ὁ Ἀβραάμ. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδάμ τοῦτο ἐκλήθη διαπαντὸς τὸ ὄνομα, καὶ οὐκ ἔσχεν ἕτερον· καὶ ὁ Ἰσαάκ οὕτω πάλιν οὐκ ἐδέξατο δευτέραν προσηγορίαν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους Ἰσαάκ ἐλέγετο· ὁ δὲ τοῦ Ἰσαάκ πατὴρ Ἀβραμ πρὸ τούτου μὲν ἐλέγετο· μετὰ δὲ ταῦτα Ἀβραάμ. Εἶπε γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ θεὸς, φησίν, Οὐκέτι ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἀβραμ, ἀλλὰ Ἀβραάμ κληθήσεται τὸ ὄνομά σου. Καὶ γὰρ Ἀβραμ ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον, ἀλλὰ τοῦτο τὸ ὄνομα οὐκ ἐστὶν Ἑλληνικόν, οὐδὲ τῇ ἡμετέρᾳ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ τῶν Ἑβραίων οὕτω λέγεται. Τί οὖν ἐστὶν ἐρμηνευόμενον τὸ ὄνομα τοῦτο; Περὶ τῆς. Καὶ γὰρ τὸ Ἀβραμ τῇ

Σύρων φωνή τὸ πέραν λέγεται, καὶ Ἰσασιν ὅσοι τῆς φωνῆς ταύτης εἰσὶν ἔμπεροι. Πολλὴ δὲ τῆ Σύρων φωνῆ πρὸς τὴν τῶν Ἑβραίων γλῶτταν ἡ συγγένεια. Καὶ διὰ τί περάτης ἐλέγετο, φησὶν; Ἡ Ἰουδαία χώρα, τουτέστιν, ἡ Παλαιστίνη πᾶσα, ἡ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου μέχρι τοῦ Εὐφράτου, κατ' ἀντικρὺ κεῖται τῆς Βαβυλωνίας, ὅθεν ἦν ὁ Ἀβραάμ· καὶ μέσος ρεῖ δι' ἀμφοτέρων ὁ ποταμὸς, κοινὸν μεθόριον ὦν ἑκατέρας τῆς γῆς. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθεν ἀπὸ τῆς Βαβυλωνίας, διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τοῦ πράγματος τὸ ὄνομα ἔλαβε, καὶ περάτης ἐλέγετο, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθε. Διὰ τί δὲ ἀπὸ τοῦ πέραν ἦλθεν; Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐκέλευσε. Καὶ διὰ τί ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν; Ἵνα δείξῃ τὴν ὑπακοὴν τοῦ δικαίου. Καὶ πῶς ἐδείκνυ τὴν ὑπακοὴν τοῦ δικαίου; Ὅτι διὰ τὸ αὐτοῦ πρόσταγμα τὴν οἰκίαν ἀφείξ, τὴν ἀλλοτρίαν ἀντὶ ἐκείνης ἠλλάξατο. Εἶδες πόση πλέκεται σειρά ἀπὸ τῆς τοῦ δικαίου προσηγορίας; Ὀλόκληρον ἡμῖν πέλαγος ἱστορίας τὸ ὄνομα ἠνοιξε τοῦτο. Μάθε τοίνυν αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ παλαιόν, ἵνα ὅταν ἴδῃς αὐτὸν τὴν Παλαιστίνην οἰκοῦντα, διὰ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ πρὸς τὴν ἀρχαίαν πατρίδα χειραγωγούμενος, καὶ μανθάνων τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτὴν ἐγκατέλιπεν, ἱκανὴν πρὸς τὸν αὐτὸν ζῆλον λάβῃς παράκλησιν.

Ἄνθρωπος γάρ πρὸ νόμου καὶ τῆς ἐννόμου πολιτείας ὦν, τὴν ἐν τῇ χάριτι φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο, καὶ ὅπερ ἔλεγεν ὕστερον ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφάς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ὃς οὐκ ἑκατοῦταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει· τοῦτο ἐκεῖνος διὰ τῶν ἔργων πρὸ τῆς χάριτος ἐποίησεν. Οὐκ ἀπὸ τούτου δὲ μόνον τὴν φιλοσοφίαν ἔστιν ἰδεῖν τοῦ δικαίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑποσχέσεως αὐτῆς τοῦ Θεοῦ. Δεῦρο γάρ, φησὶν, εἰς τὴν γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω. Εἰ γάρ καὶ ἀμφότεραι αἰσθηταὶ αἱ πατρίδες, ἀλλ' ἡ μὲν οἰκία ἦν, ἡ δὲ ἀλλοτρία· καὶ ἡ μὲν φανερά, ἡ δὲ ἀδήλος· καὶ ἡ μὲν ἐν χερσίν, ἡ δὲ ἐν ἐλπίσι· καὶ ὅμως τὰ φανερά καὶ δῆλα καὶ τὰ ἐν χερσίν ἀφείξ, [693] πρὸς τὰ ἀφανῆ καὶ ἀδήλα, καὶ ὦν οὐκ ἦν κύριος ἔτρεχεν, ἵνα σε πείσῃ καὶ παιδεύῃ, ὅταν ὁ Θεὸς τὰ μὲν δῆλα ἀφείναι κελεύῃ, πρὸς δὲ τὰ ἀδήλα βλέπειν, μὴ ἀντιλέγειν, μηδὲ ἀμφισβητεῖν. Οὐ γάρ οὕτω δῆλόν ἐστι τὰ ἐν χερσίν, ὡς ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐλπίσιν· οὐχ οὕτω δῆλη ἐστὶν ἡ παρούσα ζωὴ, ὡς ἐκεῖνη ἡ μέλλουσα. Ταύτην μὲν γάρ ὀρώμεν τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς, ἐκείνην ὀρώμεν τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς· ταύτην ὀρώμεν ἐν ταῖς ἡμετέραις χερσὶ κειμένην, ἐκείνην ὀρώμεν καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις τοῦ Θεοῦ φυλαττομένην.

Ὁ. Αἱ δὲ ἐπαγγελίαι τοῦ Θεοῦ πολλῶν δυνατώτεραι τῶν ἡμετέρων χειρῶν. Βούλει μαθεῖν πῶς αὕτη μὲν ἡ ζωὴ ἡ παρούσα ἐν ἀδήλῳ κεῖται διαπαντός, ἐκείνη δὲ ἡ μέλλουσα, ἡ δοκῶσα ἀδήλος εἶναι, φανερωτέρα τῆς παρούσης ἐστὶ καὶ βεβαιότερα καὶ μόνιμος; Ἐξετάσωμεν, εἰ δοκεῖ, τὰ λαμπρὰ τῆς παρούσης ζωῆς, τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τὴν δυναστείαν, τὰς τιμὰς τὰς παρὰ ἀνθρώπων· καὶ ὄψαι τούτων οὐδὲν ἀδηλότερον. Τί γάρ ἀπιστότερον πλοῦτου, τοῦ μηδὲ μέχρι τῆς ἐσπέρας πολλάκις ἡμῖν παραμένοντος; Καθάπερ γάρ δραπέτης ἀγνώμων ἀπὸ τούτου εἰς ἐγγεῖνον συνεχῶς μεθίσταται, καὶ πάλιν ἀπὸ τούτου πρὸς ἄλλον. Τοιοῦτόν τι καὶ ἡ δόξα ἐστίν. Ὁ γάρ πρὸ τούτου λαμπρὸς καὶ ἐπίσημος, ἀτιμὸς καὶ ἀκώλυτος ἐξαίφνης

γίνεται· καὶ τὸ ἐναντίον πάλιν. Καὶ καθάπερ τὸν τροχὸν συνεχῶς στρεφόμενον οὐκ ἔστιν ὄρῳ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς ἀντιπλευρῆς μέρους· τῇ γάρ πυκνότητι τῆς δίνης διαπαντός τὰ ἄνω κάτω γίνεται, καὶ τὸ ἐναντίον πάλιν· οὕτω καὶ ἡ τῶν πραγμάτων τῶν ἡμετέρων φορὰ συνεχῶς στρεφόμενη, τὰ ἄνω κάτω ποιεῖ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πλοῦτου καὶ ἐπὶ τῆς δυναστείας καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Οὐδέποτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔστηκεν ἔδρα, ἀλλὰ τὰ τῶν ποταμῶν μιμεῖται ρεύματα, μηδαμοῦ ποτε ἰστάμενα. Τί οὖν τούτων γένοιτ' ἂν ἀδηλότερον, τῶν οὕτω συνεχῶς μεταβαλλομένων, καὶ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφίπταμένων, πρὶν ἢ παραγενέσθαι ἀποπηδούντων; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης περὶ τρυφῆς καὶ πλοῦτου καὶ τῶν τοιούτων διαλεγόμενος, καὶ σκώπτων εἰς τοὺς πρὸς αὐτὰ κεχηνότας ὡς διαμένοντα, φησὶν· Ὡς ἐστὼτα ἐλογίσαντο ταῦτα, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. Οὐκ εἶπεν, οὐ παρερχόμενα, ἀλλ' ὅτι πολλῶν μείζον ἐστίν, Ὡς φεύγοντα· οὐδὲ γὰρ ἠρέμα ἀναχωρεῖ, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους. Ἄλλ' οὐχ ὁ πατριάρχης οὕτως, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἀφείξ, πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ μόνον ἔβλεπε, προσδοκῶν ἡμῖν πρὸς τὴν τῶν μελλόντων πίστιν, ἵν', ὅταν ἐπαγγέλληται σοι ὁ Θεὸς τὰ μέλλοντα καὶ οὐχ ὀρώμενα, μὴ λέγῃς, ὅτι ἀδήλα ἐστὶν ἐκεῖνα καὶ ἀφανῆ. Τὰ γὰρ ἀδήλα ἐκεῖνα τούτων ἐστὶ σαφέστερα τῶν ὀρωμένων, ἐὰν τοὺς τῆς πίστεως ἔχωμεν ὀφθαλμούς. Εἰ γάρ καὶ μὴ ἐωράκαμεν αὐτὰ, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὰ ἐπηγγείλατο καὶ ὑπέσχετο. Ὅταν ὁ Θεὸς ἐπαγγέλληται, οὐδεμίαν μεταβολὴν τῶν ὑποσχέσεων ἀπειται· ὥστε ἐκεῖνα μάλιστα μένει καὶ πέπτηγεν ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ. Ἐκ γὰρ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἀρπάζειν οὐδεὶς δύναται, φησὶν. Ἀρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρὸς μου οὐδεὶς δύναται. Ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς δύναται ἀρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ, [694] ἐν δῆλῳ μένει θησαυρῶν διαπαντός. Ταῦτα δὲ παντοίαις μεταβολαῖς ὑπόκειται καὶ τροπαῖς· διὰ τοῦτο πολλάκις τὸν μὲν πόνον αὐτῶν ὑπομένομεν, τοῦ δὲ τέλους αὐτῶν ἀποστερούμεθα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐλπίδων ἐκείνων οὐκ ἐνὶ τούτῳ, ἀλλὰ τὸν πονέσαντα πάντως δεῖ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιτυχεῖν. Ἡ γὰρ ἐλπίς οὐ καταισχύνει. Θεοῦ γάρ ἐστιν ὑπόσχεσις, καὶ τὸν ὑποσχόμενον μιμεῖται τὰ δῶρα. Ἀφείξ τοίνυν τὰ ἀδήλα, κάτεχε τὰ φαινόμενα· τὰ γὰρ φαινόμενα οὐ τὰ παρόντα ἐστίν, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα. Εἰ δὲ τινες, πρὸς τὰ παρόντα ἐπτοημένοι, τῶν μελλόντων ὑπερορῶσιν, ἐπειδὴ ἀσθενέστεροί εἰσι τοῦ ὕψους τῆς ἐλπίδος ἐκείνης, διὰ τοῦτο ὑπερορῶσιν, οὐκ ἐπειδὴ ἀφανῆ ταῦτά ἐστι καὶ ἀδήλα. Σκόπει γοῦν τὴν φιλοσοφίαν τοῦ δικαίου. Ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο αὐτῷ αἰσθητὰ πράγματα, καὶ αὐτὸς νοητὰ ἐζήτηι. Καὶ ποῦ ὁ Θεὸς αἰσθητὰ αὐτῷ ἐπηγγείλατο, αὐτὸς δὲ νοητὰ ἤθελεν; Ἐξελθε, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω. Αἰσθητὴ καὶ ἡ προτέρα γῆ, καὶ ἡ μέλλουσα διδοσθαι ὕστερον. Τί οὖν αὐτός; Μᾶλλον δὲ μὴ αὐτοῦ ἀκούσωμεν, ἀλλὰ Παύλου περὶ αὐτοῦ λέγοντος, ἵνα μάθωμεν ὅτι οὐ πρὸς ταύτην ἔβλεπε τὴν γῆν, εἰ καὶ ταύτην ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὰ παρόντα ἀφείξ, πρὸς τὰ μέλλοντα ἐκεχῆνει. Τί οὖν ὁ Παῦλος φησι; Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, περὶ Ἀβραάμ λέγων, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ τῶν δικαίων ἀπάντων. Οὐδὲ γὰρ Ἀβραάμ μόνος, ἀλλὰ πάντες τῆς αὐτῆς ἦσαν φιλοσοφίας κοινωνοί. Κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ κομισάμενοι τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ

Syrorum cum Hebræa lingua cognatio est. Sed dicis, quare Transitor vocabatur? Judæa regio, hoc est, Palæstina omnis, quæ ab Ægypto usque ad Euphratem e regione jacet Babyloniæ, unde erat Abraham: et fluvius communis terminus utriusque terræ, medius utramque secat. Et quia Abraham non Palæstinus erat, sed ab ulteriori ripa fluminis venerat, nempe a Babylonia: ideo a loco et facto nomen accepit, et dictus est Transitor: quia a loco ulteriori fluminis venit. Quare autem fluvium transiit? Quia Deus jusserat. Et quare Deus jussit? Ut ostenderetur obedientia justis. Et quomodo ostensa fuit obedientia justis? Quia propter præceptum Dei patriam suam quam reliquit, pro aliena commutavit. Vides quanta catena rerum in appellatione justis neclatur? Ingens historiarum pelagus nomen hoc nobis aperuit. Disce igitur ejus nomen primum, ut cum videris eum Palæstinam incolentem, appellatione nominis in memoriam antiquæ patriæ ejus, et causæ propter quam eam reliquit, manuducaris, et ita ad imitandum eum admo-
neare.

Abraham discipulis Christi par. — Ecce enim ut ille ante legem et sub lege vitam agens, philosophiam quoque tempore gratiæ traditam suscepit implendam, et ante tempus gratiæ fecit, quod postea discipulis Christus dixit: *Amen dico vobis, quod nullus est qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, qui non centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit (Matth. 19. 28. 29).* Non solum autem hinc apparet, quam sapienter vixerit justus, sed etiam Dei promissio hoc declarat. *Veni enim, inquit, in terram, quam monstravero tibi (Gen. 12. 1).* Nam tametsi utræque illæ regiones Chaldaea et Palæstina erant corporales, illa tamen sua erat, hæc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in spe: ipse autem relictis certis, manifestis, et iis quæ in manu erant, festinavit et transiit ad incerta, incognita, et ad ea in quibus sibi non licebat dominari, ut persuadeat erudiatque, neque contradicendum, neque cunctandum, quando Deus manifesta relinquere jubet, et ad ea quæ non apparent respicere. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in spe; non enim sic manifesta est præsens hæc vita ut futura illa. Hanc enim videmus nostris oculis, illam videmus oculis fidei: hanc videmus in manibus nostris positam, illam videmus in promissionibus Dei custoditam.

4. *Promissa Dei certissima; res humanæ quam incerta.* — Promissiones autem Dei multo certiores sunt, quam quæ in nostris sunt manibus. Vis discere quomodo hæc quidem vita in incerto sita est semper, futura autem illa, quæ videtur incerta esse, hæc præsentis certior sit et solidior? Inquiramus, si placet, quæ sunt illa præsentis vitæ præclara: divitiæ, gloria, potentia; magnum existimari ab hominibus: et videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius divitiis, quæ sæpe nec usque ad vesperam nobis permanent? Sicut enim ingratus transfuga, ab hoc ad illum, et ab illo ad alium subinde transeunt. Hujus-

modi est gloria. Sæpenumero qui clarus erant et nobilis, repente contemptus et ignobilis habetur, et e diverso quoque sæpe obscuri subito clarescunt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuo versatur, aliqua pars ejus, eo quod crebra circumferentia semper summa fiunt ima, et ima summa: ita et nostrarum rerum impetus, dum continuo vertuntur, summa facit infima: ut videre licet in divitiis, potentiis, et aliis. Numquam enim in eodem statu manent, sed semper instabiles fluminum fluxus imitantur. Quid igitur his incertius, quæ tam crebro transferuntur, et priusquam recte appareant, avolant, priusquam adveniant, resiliunt? Unde propheta de deliciis et divitiis deque rebus talibus disserens, et eos insectans qui illis quasi permanentibus vacant, dicit: *Reputarunt hæc quasi stantia, et non quasi fugientia (Amos 6. 5).* Non dixit, quasi prætereuntia, sed, quod multo majus, *Quasi fugientia*: non enim paulatim recedunt, sed mira celeritate. At patriarcha ille non sic egit, sed relictis omnibus illis, tantum ad promissiones Dei spectavit, viam nobis parans ad futurorum fidem: ut cum promiserit tibi Deus futura et quæ non videntur, ne dicas, hæc esse incerta et obscura. Incerta enim illa certiora sunt iis quæ videntur, modo oculos fidei habeamus. Quamvis enim illa non videamus, Deus tamen ea promisit, et pollicitus est. Quando Deus promittit, nulla variatio promissionibus adjungitur; atque adeo illa maxime manent, quæ in manu Dei sunt. *Ex manu enim Dei, inquit, nullus rapere potest (Joan. 10. 29).* Igitur quia nullus rapere potest ex manu Dei, certus ille thesaurus semper manet. Præsentia autem omnigenis variationibus et vicissitudinibus sunt obnoxia; ideo pro eis sæpe laborem ferimus, et sine eorum frustramur. In iis autem quæ speramus, non ita est, sed is qui laboravit, necessario coronas et præmia consequitur. Nam *Spes non pudefacit (Rom. 5. 5)*, quia Dei est promissio: et dona promissa sequuntur ejus naturam, qui promisit. Relictis igitur incertis, apprehende ea quæ conspicua sunt: conspicua autem sunt, non præsentia, sed futura. Jam quod aliqui ad præsentia spectant, et futura respiciunt: non ideo respiciunt, quod obscura et incerta, sed quod sublimia sint, et supra suam imbecillitatem. Considera igitur quanta sit virtus justis. Promiserat ei Deus corporalia, et ipse spiritualia quærebat. Ubi, dices, promisit ei Deus corporalia, et ipse spiritualia quæsit? *Egredere, inquit, de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstravero tibi (Gen. 12. 1).* Corporalis erat terra prior, ut et futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? Imo non illum, sed audiamus de illo dicentem Paulum, ut discamus eum, licet hanc terram promississet Deus, relictis tamen præsentibus, eam non respexisse, sed festinasse ad futura. Quid igitur Paulus dicit? *Juxta fidem mortui sunt hi omnes (Hebr. 11. 13)*, de Abraham loquens, Isaac et Jacob, et justis omnibus. Neque enim Abraham solus, sed omnes ejusdem erant philosophiæ participes. *Juxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non*

accepissent promissiones, sed procul eas vidissent. Quid dicis? non obtinuit Abraham promissiones? non venit in Palæstinam? Falsa ergo ea quæ dicta sunt? Nequaquam, inquit. Venit quidem in Palæstinam, non hanc autem spectavit, sed aliam quæ in cælis, desideravit. Cujus rei et Paulus testis, cum adjicit: *Et confessi sunt se hospites et peregrinos in terra (Hebr. 11. 13)*. Hospesne est, qui tantam accepit patriam, et tantam regionem? *dic*, obsecro. Sane, inquit: non enim hanc, sed cælum spectavit. *Nam qui hæc dicunt, inquit, declarant se aliam inquirere patriam, cujus artifex et opifex est Deus (Ibid. v. 14. 10)*, illam, inquam, Jerusalem cælestem, et supernam. Vidisti quomodo promiserit illi Deus corporalem, et ipse quesiverit supernam Jerusalem? *Qui enim hæc dicunt, inquit, significant se patriam inquirere. Ac si illius quidem meminissent, ex qua sunt egressi, tempus illis redeundi suppeteret: jam vero alterius melioris desiderio ducuntur, hoc est, cælestis (Ibid. v. 15. 16)*. Itaque corporalis est promissio, spirituale autem justis desiderium. At nos plane diversa facimus. Deus illi promiserat Palæstinam, sed ille spectabat cælum: nobis promissum est cælum, et ad terram tendimus.

5. *Doctrinam ex historia Abrahamæ deductam resumit; filii non rei sunt iniquitatis parentum; quid officii præstare debeant filii erga parentes impios; liberum arbitrium: interpretatio nominis Noë.* — Hæc lucra ex Abraham nobis contigerunt, quia nomen ejus didicimus, et quare Transitor dictus sit, et quod relicta terra sua in alienam concessit, præteritisque certis ad incerta se convertit, abjectis iis quæ in manibus, aspiravit ad ea quæ spe concipiebat, et acceptis sensibilibus ad spiritualia tetendit, idque ante gratiam, ante legem, ante prophetarum doctrinam. Unde manifestum est, eum præceptore caruisse, eique satis fuisse naturam moventem cogitationes conscientiae, ut sic inveniret Opificem universi: et propter hoc dicebatur Abram, quod nomen ei parentes ea de causa indiderunt. Sed forte statim dixerit aliquis: Mendacium hoc est. Parentes Abrahamæ num justis fuerunt? num placuerunt Deo? num sciverunt futura? num pollicitationem a Domino dandam præviderunt? annon impii erant et idololatæ, et plusquam barbari? Scio et ego, ac propterea laudo justum, quod tales parentes habens, talis ipse factus sit. Etenim valde rarum et admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At non accusandi sunt ob parentum malitiam filii pie viventes, sed si quid admirabile dicendum est, eo magis laudandi, quod eum pietatem a parentibus non acceperint, nec habuerint qui manu ducerent, quasi in eremo et invio entes, viam quæ in cælum fert, invenire potuerint. Non igitur crimen est, habere patrem impium, sed imitari patris impietatem; et crimen est maximum, non quod habeamus improbos parentes, sed quod illorum non agamus curam, neque pro virili nostra demus operam, ut ab impietate sua eos eruamus. Itaque ubi nos illorum animæ, quantum in nobis situm est, subsidium tulerimus, illi vero in sua in-

probitate perseverarint, ab omni crimine ac reprehensione sumus immunes. Hæc autem dixi, ut ne turberis, dilecte, cum audis Abraham impium patrem habuisse. Nam et Timotheus impium patrem sortitus fuit: *Filius enim Judææ mulieris erat, fidelis matris, patris autem gentilis (Act. 16. 1)*. Et quod pater ejus manserit in impietate et non fuerit conversus, manifestum est ex hoc: laudans enim Timothei fidem Paulus, sic dicit: *Quæ habitavit in avia tua Loide, et matre tua Eunice, confido autem quod et in te (2. Tim. 1. 5)*. Nusquam hic patris nomen legitur. Et quare? Quia in impietate perseverans, non erat dignus qui cum filio numeraretur. Et apostolos malos habuisse patres declaravit Christus, cum dixit: *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejicient? Propter hoc ipsi erunt iudices vestri (Matth. 12. 27)*. Sed te ne turbet hoc, neque offendant. Nam ex hoc discimus, non naturæ, sed voluntatis esse vitium et virtutem. Enimvero si naturæ esset, omnino mali malos parerent, et boni bonos: sed quia electionis et voluntatis est probum vel improbum esse, idcirco sæpe malis patribus boni filii, et ignavis filiis studiosi patres fuerunt, ut non naturæ, sed voluntati semper illa imputemus. Verum enim parentes Abrahamæ, ut dixi, fuerint impii, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus divinæ sapientiæ per incredulam linguam dispensantis, ut puero nomen imponeretur, habens in se futurorum historiam. Nam eandem virtutem et in Balaam declaravit, cogens eum futura prædicere (*Num. 23*): declarans se non solum in suis, sed et in alienis dominari posse. Et ut discas, parentes etiam non valde pios, sæpius nescios imponere nomina justis, quæ multam futurorum dispensationem declarent, docebimus etiam alio exemplo. Lamech qui fuit pater Noë (a), illius Noë ejus tempore factum est diluvium, non erat justus, non Deo gratus, non Deo probatus: nam si justus, si Deo gratus et acceptus fuisset, non dixisset, Noë solum perfectum inventum in generatione sua (*Gen. 6. 9*): neque præterisset justis patrem, si justus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarum rerum haberet historiam, eratque appellatio justis prophetia (*Gen. 5. 29*). Significabat enim nomen ejus futurum diluvium. Quomodo? Nomen ejus Hebræica lingua vocavit Noë, quod interpretatum est, quietis auctor. Nā enim Syrorum voce quies est. Sicut igitur Abraham ab Abar, quod est trans vel ultra, dictus est, et Adam ab Ædem, quod est terra, eo quod sit terrenus: ita hic a Nia vocatus est Noë, hoc est, auctor quietis: declarat autem hoc et adjecta particula. Vocavit enim eum Noë, dicens: *Hic nos quiescere faciet (Genes. 5. 29)*, quietem diluvium vocans. Nam quia sub illo futurum erat diluvium, diluvium autem mors fuit, *Mors vero quies viro est (Job. 3. 23)*: idcirco hominem, sub quo diluvium factum est, quietis auctorem vocavit.

(a) His similia habes supra in Homiliis in Genesim, ubi de nomine Noë pene eadem. Vide notam ibi. Hic autem adjecit Nia Syrorum lingua esse quietem.

πρόφωθεν αὐτὰς ἰδόντες. Τί λέγεις; οὐκ ἐκομίσαστο τὰς ἐπαγγελίας ὁ Ἀβραάμ, οὐδὲ ἦλθεν εἰς τὴν Παλαιστίνην; Ψεῦδος οὖν τὰ εἰρημένα; Οὐχί, φησίν. Ἦλθε μὲν γὰρ εἰς τὴν Παλαιστίνην, οὐ πρὸς ταύτην ἐξέβλεπε τὴν ἐπαγγελίαν, ἀλλ' ἐτέρας ἐπεθύμει τῆς ἐν οὐρανοῖς, καὶ τῶν παρόντων ξένον ἑαυτὸν ἐνόμιζεν εἶναι ἀπάντων. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτῷ μαρτυρῶν ὁ Παῦλος ἐπήγαγε· *Καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσι.* Ξένος ὁ πατρίδα λαβὼν, εἰπέ μοι, καὶ χώραν τσαύτην; Ναί, φησίν· οὐ γὰρ πρὸς ταύτην, ἀλλὰ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐβλεπεν. *Οἱ γὰρ ταῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσιν, ὅτι ἐτέραν πατρίδα ζητοῦσιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ἐκείνην τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ, τὴν ἄνω.* Εἶδες πῶς ἐπηγγείλατο αὐτῷ ὁ Θεὸς αἰσθητὰ; πῶς ἐκεῖνος τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ ἐζήτηι; *Οἱ γὰρ ταῦτα λέγοντες, φησίν, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμέμνηντο, ἀφ' ἧς ἐξῆλθοι, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακίμψαι· νυνὶ δὲ ἐτέρας κρείττονος δρέγονται, τουτέστιν, ἐπουρανίου.* Οὐκοῦν αἰσθητῆ μὲν ἡ ὑπόσχεσις, νοητῆ δὲ ἡ ἐπιθυμία τοῦ δικαίου, ἀπεναντίας ἡμῖν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐπηγγείλατο τὴν Παλαιστίνην, ὁ δὲ περιεβλέπετο τὸν οὐρανόν· ἡμῖν δὲ ἐπαγγέλλεται τὸν οὐρανόν, καὶ πρὸς τὴν γῆν κειψόμεν.

ε'. Ταῦτα ἐκερδάναμεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ ὀνόματος, μαθόντες διὰ τί περάτης ἐλέχθη, καὶ ὅτι τὴν οἰκειάν [695] ἀφείξ γῆν, πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν μετέστη, καὶ τὰ δῆλα παραδραμῶν, πρὸς τὰ ἀδηλα ἐβλεπε, τὰ ἐν χερσὶ ρίψας, ἐκεχήνει πρὸς τὰ ἐν ἐλπίσι, καὶ αἰσθητὰ λαβὼν, πρὸς τὰ νοητὰ ἀνετείνατο, καὶ ταῦτα πρὸ τῆς χάριτος, πρὸ τοῦ νόμου, πρὸ τῆς ἀπὸ τῶν προφητῶν διδασκαλίας. Ὅθεν δῆλον, ὡς οὐδένα ἔσχε καθηγητὴν, ἀλλ' ἤρκεσεν αὐτῷ ἡ φύσις τοῦ συνειδότου κινήσασα λογισμοὺς, καὶ οὕτως εὔρε τὸν Θεὸν τὸν τοῦ παντός δημιουργόν· διὰ τοῦτο Ἀβραμ ἐλέγετο, διὰ τοῦτο καὶ οἱ γονεῖς αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐπέθηκαν τοῦτο. Ἀλλὰ τάχα ἴσως εἴποι τις ἂν, ὅτι τοῦτο ψεῦδος. Μὴ γὰρ δίκαιοι ἦσαν οἱ γονεῖς τοῦ Ἀβραάμ; μὴ γὰρ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ; μὴ γὰρ ἠδεδίκαν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι; μὴ γὰρ προεώρων τὴν ὑπόσχεσιν τὴν παρὰ τοῦ Δεσπότης μέλλουσαν ῥηθῆσεσθαι; οὐχὶ ἀτεβεῖς ἦσαν καὶ εἰδωλολάτραι, βαρβάρων βαρβαρικώτατοι; Οἶδα καγὼ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαινῶ τὸν δίκαιον, ὅτι τοιοῦτους ἔχων πατέρας, τοιοῦτος αὐτὸς ἐγένετο. Καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἐξ ἀλλοτρίας ρίζης καὶ ἀγρίας ἡμερος ἠνέχθη καρπός. Οὐ γὰρ ἐστὶ κατηγορία παίδων ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων ἢ τῶν πατέρων κακία, ἀλλ' εἰ χρὴ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, καὶ ἐγκώμιον μᾶλλον, ὅτι μὴ παρὰ προγόνων δεξάμενοι τὴν εὐσέβειαν, μηδὲ τοὺς χειραγωγοῦντας ἔχοντες, ἀλλ' ὡσπερ ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ ὁδεύοντες, ἠδυνήθησαν τὴν ὁδὸν τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν εὐρεῖν. Οὐ τοίνυν κατηγορία ἀσεβῆ πατέρα ἔχειν, ἀλλὰ μιμεῖσθαι τὴν ἀσεβειαν τοῦ πατρὸς· καὶ ἐγκλημα μέγιστον, οὐχ ὅταν φαῦλους ἔχωμεν γονεῖς· ἀλλ' ὅταν αὐτῶν μὴ ἐπιμελούμεθα, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν πάντα εἰσφέρωμεν πρὸς τὸ τῆς κακίας αὐτοῦ ἀπαλλάξαι ταύτης. Ὡς ὅταν ἡμεῖς μὲν πάντα ἐπιδειξώμεθα περὶ τὴν ἐκείνων ψυχὴν, ἐκεῖνοι δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῶν μένωσι πονηρίας, πάσης μέμψεως ἀπηλλάγμεθα καὶ αἰτίας. Ταῦτα δὲ εἶπον, ἵνα μὴ αἰσχυνοῦσθε, ἀγαπητέ, ὅταν ἀκούσησθε, ὅτι πατέρα ἀσεβῆ ἔσχεν ὁ Ἀβραάμ. Καὶ γὰρ ὁ Τιμόθεος ἀσεβῆ πατέρα εἶχεν· γῆρας γὰρ Ἰουδαίας γυναικὸς

ἦν, φησὶ, πιστῆς μητρὸς, πατρὸς δὲ Ἑλλήνου. Καὶ ὅτι ἐμεινεν ἐν ἀσεβείᾳ καὶ οὐ μετεβάλλετο ὁ πατήρ, δῆλον ἐκεῖθεν· ἐπαινῶν γὰρ τοῦ Τιμοθέου τὴν πίστιν, οὕτω φησίν ὁ Παῦλος· *Ἦτις ἐνέφησεν ἐν τῇ μάμμῃ σου Κωίδι, καὶ τῇ μητρὶ Εὐνίκῃ, πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί.* Καὶ οὐδαμοῦ τοῦ πατρὸς τὸ ὄνομα. Διὰ τί; Ὅτι ἐν τῇ ἀσεβείᾳ ἐμεινεν, οὐκ ἦν ἄξιος ἀριθμεῖσθαι μετὰ τοῦ παιδός. Καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ πονηροὺς ἔσχον πατέρας, καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ Χριστὸς εἰπὼν· *Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβούλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβουλοῦσι;* Διὰ τοῦτο αὐτοὶ ἔσονται κριταὶ ὑμῶν. Ἀλλὰ μὴ σε θορυβεῖτω τοῦτο, μηδὲ σκανδαλιζέτω. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦτου μανθάνομεν, ὅτι οὐ φύσεως, ἀλλὰ προαιρέσεως ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετὴ. Εἰ γὰρ φύσεως ἦν, πάντως ἂν οἱ πονηροὶ πονηροὺς ἔτεχον, καὶ οἱ χρηστοὶ τοιοῦτους· ἐπειδὴ δὲ προαιρέσειός ἐστι τὸ φαῦλον εἶναι καὶ σπουδαῖον, διὰ τοῦτο καὶ πατέρων πονηρῶν παῖδες ἐγένοντο χρηστοὶ, καὶ παίδων βαθύμων πατέρες σπουδαῖοι [696] πολλάκις, ἵνα μὴ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ πανταχοῦ ταῦτα ἐκάτερα λογιζώμεθα. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, ὅτι ἀσεβεῖς ὄντες οἱ γονεῖς τοῦ Ἀβραάμ, πῶς τὸ ὄνομα αὐτῷ ἐπέθηκαν τοῦτο; Τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας μάλιστα ἔργον καὶ τοῦτο ἦν διὰ ἀπίστου γλώττης οἰκονομήσαντος ἐπιτεθῆναι ὄνομα, τῶν μελλόντων ἔχον τὴν ἱστορίαν. Καὶ γὰρ τὸν Βαλαάμ ἠνάγκασέ ποτε τὰ μέλλοντα εἰπεῖν, τὴν οἰκειάν δύνανται ἐπιδεικνύμενος, καὶ δηλῶν ὅτι οὐχὶ ἐν τοῖς οἰκείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις κρατεῖν δύναται. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐπὶ τῶν δικαίων, κἂν μὴ εὐσεβεῖς ὦσιν οἱ πατέρες, πολλάκις οὐκ εἰδότες ἐπιτιθέασιν ὀνόματα πολλὴν τῶν μελλόντων δηλοῦντα τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἐξ ἐτέρου σοι παραδείγματος τοῦτο ποιήσω φανερόν. Ὁ Λάμεχ ὁ τοῦ Νῶε πατήρ, τοῦ Νῶε ἐκείνου, ἐφ' οὗ ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, οὐκ ἦν δίκαιος, οὐκ ἦν εὐάρεστος τῷ Θεῷ, οὐκ ἦν δόκιμος τῷ Θεῷ· εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, εἰ ἦν εὐάρεστος, εἰ ἦν εὐδόκιμος τῷ Θεῷ, οὐκ ἂν εἶπεν, ὅτι Νῶε μόνος εὐρέθη τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· οὐκ ἂν παρέδραμε τοῦ δικαίου τὸν πατέρα, εἰ δίκαιος ἦν. Τί οὖν ἐκεῖνος; Ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ παιδίῳ, πολλὴν ἔχον τῶν μελλόντων πραγμάτων τὴν ἱστορίαν, καὶ αὐτὸ προφητεία ἦν ἢ προσηγορία τοῦ δικαίου. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν ἔσεσθαι ἐδήλου. Καὶ πῶς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν ἐδήλου τὸ ὄνομα τοῦ Νῶε; Τὸ Νῶε, τοῦτο τὸ ὄνομα Ἑβραϊκῆ λέγεται γλώττῃ καὶ ἐρμηνεύεται, ὁ ἀναπαύων. Τὸ γὰρ, Νία, τῇ Σύρων φωνῇ, ἀνάπαυσις ἐστίν. Ὡσπερ οὖν ἐκεῖ ἀπὸ τοῦ Ἀβαρ, ὅπερ ἐστὶ πέρα, Ἀβραὰμ ἐλέγετο, καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰδὲμ, ὅπερ ἐστὶ γῆ, Ἀδὰμ ἐλέγετο, ὅπερ ἐστὶ γῆενος· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀπὸ τοῦ Νία, ὅπερ ἐστὶν ἀνάπαυσις, Νῶε ἐκλήθη, ὅπερ ἐστὶν ἀναπαύων· δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ ἐπαγωγὴ. Ἐκάλεσε γὰρ αὐτὸν Νῶε, λέγων· *Οὗτος ἡμᾶς διαναπαύσει, ἀνάπαυσιν τὸν κατακλυσμὸν καλιῶν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐμελλεν ἐπ' αὐτοῦ ὁ κατακλυσμὸς γίνεσθαι, ὁ δὲ κατακλυσμὸς θάνατος ἦν, θάνατος δὲ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, διὰ τοῦτο τὸν ἀνθρωπον, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ κατακλυσμὸς, τὴν ἀναπαύοντα ἐκάλεσε.

5'. Καὶ ὅτι οὐ βιάζομαι τὴν ἑρμηνείαν, ἀπ' αὐτῆς τῆς Γραφῆς ἀκούσωμεν τοῦτο. Ἐξῆσε Λάμεχ ἔτη ὀκτώ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ ἐγέννησεν υἱόν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νῶε, λέγων· Οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν πόνων ἡμῶν, καὶ τῶν λυπῶν, καὶ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς κατηράσατο ὁ Θεός. Τί λέγεις, Ἀναπαύσει ἡμᾶς; Καὶ διὰ τί μὴ εἶπε, φησὶν, Οὗτος ἀποκτενεῖ ἡμᾶς, οὗτος ποιήσει τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι· ἀλλ' εἶπεν, Ἀναπαύσει ἡμᾶς; Ἀνεστοιχειώθη ἡ γῆ· κτίσις ἅπασα, ἄβυσσοι ἀνεῤῥάγησαν κάτωθεν, καταβράκται ἀνεῤῥάγησαν ἄνωθεν, ἅπαντα πέλαγος ἦν ξένον καὶ παράδοξον καὶ φρικῶδες, καὶ ἐν τάφῳ κοινῶ τῆ ἰλύϊ καὶ σώματα ἀνθρώπων καὶ σώματα ἵππων καὶ θηρίων ἐκρύπτετο· καὶ τσαῦτα κακὰ, εἶπέ μοι, καὶ τσαύτην συμφορὰν ἀνάπαυσιν καλεῖς; Ναί, φησὶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν κακίᾳ ἔζων οἱ ἄνθρωποι, ὁ δὲ κατακλυσμὸς τὴν κακίαν ἀνέκοψεν, οἱ τῆς κακίας ἀπαλλαγέντες ἀνέπαυσαν. Καθάπερ γὰρ [697-699] σῶμα ποικίλοις νοσήμασι κατεχόμενον, καὶ ἰατρειάν οὐδεμίαν εὐρίσκον, ἐν ἐπελθῶν ὁ θάνατος λαβῆ, ἀνέπαυσεν· οὕτω δὴ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων γενεάν, καθάπερ σῶμα ἀνίατα νόσων καὶ πολλοῖς προκατειλημμένον δεινοῖς παραμυθίαν οὐδεμίαν ἔχουσιν,

ἐπελθῶν ὁ κατακλυσμὸς ἐξήρπασε καὶ ἀνέπαυσεν. Ἐἰ γὰρ θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, πολλῶ μᾶλλον τοῖς ἐν κακίᾳ ἀδιορθώτως ζῶσιν ἀνάπαυσις ὁ θάνατος, τῶν πόνων αὐτοῦ ἀπαλλάττων, καὶ οὐκ ἔων περαιτέρω τῆς πονηρίας τὴν νομὴν προσελθεῖν, οὐδὲ βαρύτερον τοῦ ὄντος γενέσθαι τῶν ἀμαρτημάτων τὸ φορτίον. Οὐδὲν γὰρ οὕτω βαρὺ καὶ δυσβάστακτον, ὡς ἀμαρτίας φύσις· εἰδὲν οὕτω κάματον καὶ πόνον ἡμῖν παρέχει, ὡς τὸ τῆς πονηρίας εἶδος καὶ τὰ πλημμελήματα. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς τοῖς ἐν ἀμαρτίαις ζῶσι ἔλεγε· Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Λάμεχ ἀνάπαυσιν τὸν κατακλυσμὸν ἐκάλεσεν, ἐπελθόντα καὶ στήσαντα τὴν πονηρίαν. Ἐβουλόμην περαιτέρω τὸν λόγον ἐκτεῖναι τοῦτον· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπολέλειπται ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ Νῶε· ἀλλὰ τέως ταῦτα τῆ μνήμῃ τῆς ὑμετέρας διανοίας ἐναποθέμενοι, καὶ πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἀδελφούς τοὺς ἀπολειφθέντας εἰπόντες, ἵνα μὴ πάλιν ἀναγκαζώμεθα μακρότερα ποιεῖν τὰ προύμια, τῶν εἰρημένων τὴν ἀκολουθίαν ἀναλαμβάνοντες, εἰς εὐχὰς τὸν λόγον καταλύσωμεν, εὐχαριστοῦντες τῇ ταῦτα δεδωκότι εἰπεῖν Θεῷ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

6. Et quod non torqueam Scripturas, ex Scriptura ipsa audiamus hoc. *Vixit Lamech annos centum octoginta octo, et genuit filium, et vocavit nomen ejus Noë, dicens: Hic nos quiescere faciet a laboribus nostris et mœroribus et ab operibus manuum nostrarum, et c.* 157. 2, cui maledixit Dominus (Gen. 5. 28. 29). Quid ais, *Quiescere faciet nos?* Quare non dixit: *Hic occidet nos, hic inducet diluvium: sed dixit: Faciet nos quiescere?* Creatura omnis resolvitur, abysci erumpunt, cataractæ superius aperiuntur, omne pelagus erat mirum, stupendum et horribile, et in luto quasi communi sepulcro promiscua hominum, equorum ac ferarum corpora occubabantur: et tantam calamitatem, tantaque mala quietem vocas? Profecto, inquit. Nam homines in magna malitia vivebant: diluvium autem quoniam malitiam reseccuit, ideo liberati illi a malitia, quiescere dicuntur. Ut enim corpus variis morbis obsessum, cui nulla reperitur medela, si forte mors adveniens corripiat, ei quietem affert: sic etiam generationem hominum illorum quasi corpus incurabiliter languens, et malis multis, nullam consolationem

admittentibus, obnoxium, superveniens diluvium eripuit, et quiescere fecit. Nam si *Mors viro quies* (Job 3. 23), multo magis iis qui inemendabiles in malitia vivunt, mors quies est, liberans eos a laboribus, nec sinens ulterius iniquitatis ulcus serpere, neque supra modum grave fieri peccatorum pondus. Non est enim gravius, aut intolerabilius pondus, quam peccati natura: nihilque ita labores et ærumnas nobis affert, ut malitiæ species et delicta. Propterea Christus iis qui in peccatis vivunt, dicebat: *Venite qui laboratis et onerati estis, et ego vos quiescere faciam* (Matth. 11. 28). Et ideo Lamech diluvium quietem appellavit, eo quod superveniens malitiæ finem impositurum erat. Volebam sermonem hunc longiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noë pertinent: sed hæc nunc memoria retinete, et fratribus vestris, qui absunt, dicite: ut ne cogamur iterum productionibus uti proœmiis, et dictorum repetere consequentiam; sermonem ergo in precibus liniamus, gratias agentes Deo, qui hæc ut diceremus, dedit: quoniam ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.